Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Dissertatio litteraria de praepositionum usu apud Aristophanem

https://hdl.handle.net/1874/241000

Diss. Utrecht.1887
Montijn L.F.L.

DE PRAEPOSITIONUM USU

APUD

ARISTOPHANEM.

echt

DE PRAEPOSITIONUM USU

APUD

ARISTOPHANEM.

Typis mandavit J. van Boekhoven.

Diss Utrecht.
a gen 192, 1887

DISSERTATIO LITTERARIA

DE PRAEPOSITIONUM USU APUD ARISTOPHANEM

QUAM

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GILLIS VAN OVERBEEK DE MEIJER

MED. DOCT. IN FAC. MED. PROF.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE
ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA
HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

FACULTATIS EXAMINI PROPONET

IOANNES FREDERICUS LUDOVICUS MONTIJN

DOORNENSIS.

D. VIII M. IULII MDCCCLXXXVII, HORA XI. A. M.

BIBLIOTHEEK DER UNIVERSITEIT TE UTRECHT

TRAIECTI AD RHENUM
APUD A. J. VAN HUFFEL
MDCCCLXXXVII.

Academiae valedicturus facere non possum quin grati animi sensum profitear erga Vos, Viri Clarissimi, quorum auditor per multos annos fui, pro egregia Vestra institutione, nec minus pro singulari Vestra erga me benevolentia, quarum non omnino me indignum fore spero.

Pluribus gratias agerem tibi, VAN HERWERDEN, promotor aestumatissime, nisi probe scirem, quantopere ingenium tuum oderit huiusmodi verba sesquipedalia, iam nihil valentia usu.

Considerantibus, qua ratione regulae grammaticae statui et exemplis e scriptoribus illustrari soleant, cadit in oculos, quam manca sit plerumque et insufficiens. Hinc illinc enim exempla conquiruntur, in quibus — ut taceam de nonnullis sermonis proprietatibus prorsus sileri — saepe non satis diligenter attenditur ad discrimina, quae inter singulos scriptores diversaque quibus vixerint tempora intercedant. Hinc exempli gratia fieri potuit, ut anno demum 1874 ostenderetur, praepositionem σύν imprimis poeticam esse et, si formulas quasdam exceperis, apud optimos scriptores Atticos μετά cum genetivo fere in locum eius successisse: cuius rei nulli tot doctorum virorum, per tot saecula scriptores Graecos perlegentium, unquam in mentem venerat. Unde apparet, ut arbitror, parum profici, dum in legibus grammaticis explanandis iusto paucioribus locis niteris, neque grammaticam omni ex parte accuratam confici posse, priusquam in singulas eius partes apud singulos scriptores diligenter investigatum sit.

De praepositionibus egerunt nonnulli viri docti, quorum scripta, quamquam, quod doleo, non omnia inspicere potui, huc adiciam: quae res fortasse alios iuvare poterit, qui post me de huiusmodi rebus disputabunt:

T. Mommsen. — Die Präpositionen σύν, μετά und ἅμα bei Homer, Euripides und den Nachhomerikern (Frankfurter Jahresberichten von Ostern 1874 (I), 1876 (II) und 1879 (III).

F. Krebs. — Die Präpositionen bei Polybius, Würzburg, 1882.

Eucken. — Beobachtungen über die Präpositionen bei Aristoteles, Berlin 1868.

F. H. Rau. — De praepositionis παρά usu (Studiën zur Griechischen und Lateinischen Grammatik herausgegeben von Georg Curtius III (1870), p. 1—98).

Porro haec scripta, quorum pleraque sunt dissertationes academicae:

C. Bossler. — De praepositionum usu apud Pindarum, Darmstad. 1862.

F. Poppo. — In Betantii lexici Thucydidei supplementis: I. ἀνά, ἀντί, ἀπό, Francof. 1845; III. διά, Francof. 1854.

J. Golisch. — In quinque programmatis gymnasii Schweidnitziani: P. I. ἐς 1859, P. II. ἐν 1861, P. III. ἀπό 1865, P. IV. ἐκ 1870, P. V. ἀντί, πρό, ἀνά, ξύν, μετά, ὑπό, 1877.

Korioth. — De ἀπό praepositionis usu Thucydideo, Roessel. 1162.

Thomaszewsk. — De significatione praepositionis κατά in compositis, quatenus ex Thucydidis historiis cognosci potest, Regimonti 1862.

A. R. Alvin. — De usu praepositionis παρά apud Thucydidem, Upsaliae 1873.

Z. Grundstroem. — De usu praepositionis πρός apud Thucydidem. Upsal. 1873.

C. Kuemmell. — De praepositione ἐπί cum casibus coniunctae usu Thucydideo, Bonnae 1875.

P. Debbert. — De praepositionum περί et ἀμφί usu Thucydideo, Regimonti 1880.

Schaarschmidt. — De ἐπί praepositionis usu apud Pausaniam, Lipsiae 1873.

Comoediae Aristophanis in tres partes dividi possunt:

I. Diverbia, quae ex trimetris iambicis composita sunt, quibus addidi paucos locos, ubi formula precandi (velut Th. 295 sqq.), vel si quid simile, occurrit.

II. Diverbia et cantica, quae ex numeris iambicis (exceptis trimetris), trochaicis, anapaesticis constant (n).

III. Carmina melica (m): secutus sum Dindorfii Metra Aeschyli cett. Oxonii, 1842: exceptis tamen paucis trimetris iambicis (velut Av. 904 sqq.), tetrametris trochaicis (velut Ach. 204 sqq.) sim., qui a Dindorfio in libro modo laudato pertractantur, sed nihil differunt ab aliis trimetris iambicis, tetrametris trochaicis sim. — Parodia Epica (E), Lyrica (L), Tragica (T) et imitatio sermonis epici (e), lyrici (l), tragici (t): in quibus secutus sum W. H. van de Sande Bakhuyzen, De parodia in comoediis Aristophanis, Traiecti ad Rhenum, 1877. — Eos locos, qui usum a trimetris iambicis alienum continent, indicavi littera crassa.

Discrimen inter III et I subinde satis magnum est, sed etiam II proprietates habet, quae impediunt quominus cum I confundatur: collocatio e. g. praepositionis inter

attributum et substantivum saepius in II, nunquam in I occurrit; praepositio σύν (cuius ingenium, ut supra diximus, poeticum est), bis tantum in I occurrit, ceteri loci pariter per II et III divisi sunt. Neque vero II et III confundi possunt, cum III subinde multo longius ab usu quotidiano recedat quam II.

In laudandis versibus secutus sum editionem Dindorfianam V (1869) poetarum scenicorum. Grammaticae Kühneri usus sum editione altera (1870).

Ex aliis poetis ad verbum laudantur versus hi:

Pac. 722 = Eur. Bell. fr. 314.
1092 = Il. A : 464.
1273 = Il. Γ : 15.
1274 = Il. Δ : 447.
1298 = Archil. fr. 6 Bergk.
Av. 808 = Aesch. Myrm. fr. 129.
941 = Pind. fr. 82 Bergk.
1338 = Soph. Oenom. fr. 423.
1372 = Anacr. fr. 24 Bergk.
Th. 856 = Eur. Hel. 2
864 = » Hel. 52.
886 = » Hel. 466.
1018 = » Andromed. fr. 117.
1069 (bis) = » Andromed. fr. 115.
Ran. 304 = » Orest. 279.
1172 = Aesch. Ch. 4.
1207 = Eur. Archel. in.
1212 = » Hypsip. in.

Ran. 1238 = 1240 = Eur. Meleag. in.
1244 = Eur. Melan. Phil. in.
1265 = 1267 = 1271 = 1275 = 1277 = Aesch. Myrm. fr. 13.
1266 = Aesch. Psych. fr. 271.
1288 = » Agam. 111 sq.
1293 = » Thressae fr. 77—9.
1403 = » Glauc. Potn.
1430*b* = » Incert. (eiecit Dind.)
1431 = » Incert.

I.

PROLEGOMENA.

§ 1. De gradibus frequentiae praepositionum et casuum.

	I.	II.	III.	Summa.	
ἀμφί			5	5	
ἀνά	3		5	8	Quartus sive
σύν	2	7	9	18	infimus gradus
ὑπέρ	13	7	3	23	frequentiae.
ὡς	29	7	3	39	
ἀντί	22	20	4	46	
πρό	32	8	9	49	
μετά	65	26	23	115	
ἀπό	76	51	14	141	Tertius gradus
διά	86	55	23	164	frequentiae.
κατά	90	40	34	164	
ὑπό	95	53	24	172	
περί	120	49	16	185	
παρά	118	47	28	193	
ἐκ	154	85	35	274	Secundus
πρός	196	78	52	326	gradus
ἐπί	208	78	68	354	frequentiae.
ἐς	290	123	52	465	Primus sive
ἐν	252	157	88	497	summus gradus
	1851	891	495	3237.	frequentiae.

Ex quibus apparent haec: Ἀμφί in trimetris iambicis non occurrit. Ἀνά admodum raro invenitur. Σύν omnino perrarum, in trimetris iambicis fere deest: μετά c. gen. in locum eius successit. Praepositiones ἐν et ἐς longe frequentissimae sunt. Quod secus est apud alios scriptores, vide Krebs. p. 4: «Dass κατά an die Spitze aller Präpo-«sitionen tritt, ist eine Neuerung und Eigentümlichkeit «des Polybius; bei den Rednern z. B. erscheinen ganz «andere Lieblingspräpositionen; wie uns Herr Gymnasial-«assistent Lutz in Würzburg gütigst mitteilte, nimmt bei «den von ihm untersuchten Rednern ἐν oder ἐκ die erste «Stelle ein, nur Isocrates bevorzugt περί.»

Nunc ad singulos casus attendamus, in quibus recensendis paucos locos, ubi casus incertus vel per coniecturam restitutus est, omisimus: ἀμφί (1), μετά (1), περί (1), παρά (4), πρός (1).

Genetivus.

	I.	II.	III.	Summa.
ὑπέρ	12	7	3	22
κατά	11	9	6	26
ἀντί	22	20	4	46
πρό	32	8	9	49
πρός	40	9	8	57
διά	33	14	12	59
παρά	38	21	9	68
μετά	39	19	22	80
ἐπί	56	15	13	84
περί	94	33	8	136
ἀπό	76	51	14	141
ὑπό	82	49	22	153
ἐκ	154	85	35	274
	689	340	165	1194.

Apud genetivum igitur principatum obtinet ἐκ: secuntur ὑπό, ἀπό, περί.

Quod πρό et πρὸς c. gen. praecipue in trimetris iambicis extant, tribuendum est usui frequenti formularum πρό τοῦ, πρὸς τῶν θεῶν sim. in sermone quotidiano.

Dativus.

	I.	II.	III.	Summa.
ἀμφί			1	1
μετά			2	2
περί	2	1	2	5
ὑπό	4	4	1	9
σύν	2	7	9	18
πρός	16	14	6	36
παρά	45	13	9	67
ἐπί	69	33	33	135
ἐν	252	157	88	497
	390	231	149	770

Ἐν igitur paene duas tertias partes omnium dativorum occupat: longe proxima sunt ἐπί, παρά, πρός. Ceteroquin dativus perrarus est: cum ἀμφί et μετά tantum in melicis et in parodia coniungitur.

Accusativus.

	I.	II.	III.	Summa.
ὑπέρ	1			1
ἀμφί			3	3
ἀνά	3		5	8
ὑπό	9		1	10
μετά	26	4	1	31
ὡς	29	7	3	39

περί	23	15	6	44
παρά	32	12	9	53
διά	53	41	11	105
ἐπί	83	30	22	135
κατά	79	31	28	138
πρός	139	55	38	232
ἐς	290	123	52	465
	767	318	179	1264.

Ἐς igitur plus quam tertiam partem omnium accusativorum sibi vindicat: sequitur πρός: maiore intervallo κατά, ἐπί, διά. Porro ὑπό, ἀνά, ὑπέρ, raro accusativum regunt, ἀμφί c. acc. tantum in melicis et in parodia extat.

Quod attinet ad rationem, quae inter singulorum casuum numeros intercedit, genetivorum numerus accusativorum paene aequat, sed numerus dativorum longe inferior est.

Quod etiam magis valet, si diverbia, quae ex trimetris iambicis composita sunt, — ea enim sermonem quotidianum fidelissime repraesentant — cum reliquo Aristophane comparamus:

	I.	II + III.	
Accusativus	767	497	= 1264
Genetivus	689	505	= 1194
Dativus	390	380	= 770.

Videmus igitur (ut per se intellegitur, ratione habita numerorum), dativum altiori dicendi generi magis proprium esse, quam genetivum et accusativum: hos sermoni quotidiano acceptiores. Argumento sunt praepositiones

[1]) Divisio in I, II, III, si lubet, in proximis tabulis conferri potest. Sub 2 omisimus ἀμφί, quae sola praepositio genetivum plane missum fecit, dativo et accusativo contenta.

ἀνά, μετά, περί, quae in lingua volgari dativum paulatim abiciunt, quem in sermone poetico diutissime retinent, et praepositio σύν, cuius vice, praeterquam in lingua mere poetica, magis magisque fungitur praepositio μετά c. gen.

Denique videamus, quaenam ratio inter singulos casus apud singulas praepositiones intercedat:

1. Praepositiones cum uno casu:

a. Genetivus.		*b.* Dativus.		*c.* Accusativus.	
ἀντί	46				
πρό	49 (35 πρὸ τοῦ)			ἀνά	8
ἀπό	141	σύν	18	ὡς	39
ἐκ	274	ἐν	497	ἐς	465
	510		515		512

2. Praepositiones cum duobus casibus:

a. Genetivus.		*b.* Accusativus.
ὑπέρ	22	1
διά	59	105
κατά	26	138
	107	244

Quorum numerorum haece est proportio: 1 : 2,25. Genetivum praefert sola praepositio ὑπέρ, quae propemodum ad praepositiones unum casum regentes transiit.

3. Praepositiones cum tribus casibus:

a. Genetivus.		*b.* Dativus.	*c.* Accusativus.
μετά	80	2	31
ὑπό	153	9	9
περί	135	5	43
παρά	68	67	53
πρός	57	(42 πρὸς τῶν θεῶν sim.) 36	232
ἐπί	84	135	135
	577	254	503

Quod ad artis arithmeticae regulas redactum efficit: 2,3 : 1 : 2. Frequentia praepositionis ὑπό c. gen. significationi causali tribuenda est: vis primaria localis genetivo non saepius servatur, quam dativo et accusativo. Genetivus ceteros casus longe superat apud praepositiones μετά, ὑπό, περί, sed cedit dativo et magis etiam accusativo apud πρός, ἐπί. Sola praepositio παρά aequato fere numero casus suos exhibet.

§ 2. De collocatione praepositionum.

1. Particulae et aliae voces, quibus praepositio a casu suo separatur.

Tractabimus tantum eos locos, ubi praepositio a substantivo suo revera seiuncta est. Non igitur:

ubi substantivum statim praepositioni subicitur, sed attributum substantivi ab hoc ipso uno vel pluribus vocabulis separatur, velut Ach. 581 ὑπὸ τοῦ δέους γὰρ τῶν ὅπλων ἱλιγγιῶ, 680 n ὑπὸ νεανίσκων ἐᾶτε καταγελᾶσθαι ῥητόρων.

neque ubi pronomen, vice praedicati fungens, a substantivo suo removetur, sicuti Lys. 754 ἐς τὴν κυνῆν ἐσβᾶσα ταύτην.

neque ubi varia genera attributorum (nam substantivum cum attributo suo in unam notionem coalescit), inter praepositionem et substantivum interponuntur, velut adiectiva Ach. 25 περὶ πρώτου ξύλου, numeralia Eq. 546 n ἐφ' ἕνδεκα κώπαις, adverbia Ach. 378 διὰ τὴν πέρυσι κωμῳδίαν, genitivi attributivi Av. 1354 ἐν ταῖς τῶν πελαργῶν κύρβεσιν, quo pertinet quoque rarior apud nostrum collocatio Vesp. 141 κατὰ τῆς πυέλου τὸ τρῆμα, quae minus rara est, ubi genetivus est partitivus, sicuti Ran. 719 n ἔς τε τῶν πολιτῶν τοὺς καλούς τε κἀγαθούς, Vesp. 705.

neque magis ubi adiectiva (pronomina) praedicative posita, substantivum a praepositione seiungunt, nam ea quoque notioni substantivi inhaerent, Ach. 638 n ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε, διὰ τοῦτο τοὔργον.

His igitur omissis, quae revera huc pertinent, recenseamus:

a. Particulae, quae initio sententiae statim post praepositionem intruduntur:

γάρ: Eq. 469 ἐπὶ γὰρ τοῖς δεδεμένοις χαλκεύεται, Nub. 213, 240, Vesp. 300 m, 1253, Av. 1447, Lys. 1137, Ran. 1215, Eccl. 964 m, Plut. 634.

γε: Eq. 719 καὶ νὴ Δί' ὑπό γε δεξιότητος τῆς ἐμῆς, Eccl. 153 κατά γε τὴν ἐμήν, Fr. 495 καὶ πρός γε τούτοις, Nub. 1190, Pac. 628, Th. 751, Ran. 794, 953 n, 1194, Fr 307.

δέ: Ach. 292 m ἀντὶ δ' ὧν ἐσπεισάμην, Eq. 135 μετὰ δὲ ταῦτα, Vesp. 776 πρὸς δὲ τούτοις γ' ἦν cet., 1084 n, Pac. 163 n, 841, Av. 220 n, Th. 995 m, 1039 m, 1045 m, Ran. 146, Eccl. 653 n, Plut. 540 n, 542 n, 544 n, 545 n (bis), Fr. 198 vrs. 10, 550 m.

δή: Eccl. 604 n κατὰ δὴ τί;

μέν: Nub. 1108 ἐπὶ μὲν θἄτερα, Pac. 162 n, Lys. 11, Plut. 543 n.

οὖν: Nub. 1030 m πρὸς οὖν τάδε.

τε: Eq. 567 n πεζαῖς μάχαισιν ἔν τε ναυφάρκτῳ στρατῷ, 1103, ἐξηπατήθην ὑπό τε σοῦ καὶ Θουφάνους, Vesp. 126, 1112 n, Av. 718 n, 776 m, 1107 n, Lys. 324 m, 325 m, Th. 835 n, Ran. 719 n, 720 n, 724 n, Fr. 471 T, 558 n.

τοι: Ran. 1046 n ἀλλ' ἐπί τοι σοὶ καὶ τοῖς σοῖσιν πολλὴ πολλοῦ 'πικαθῆτο, Eccl. 972 m = 975 m.

μέντοι: Nub. 340 n διὰ μέντοι τάσδ' οὐχὶ δικαίως;

b. Paria particularum, quae praepositioni statim subiciuntur:

γε μέντοι: Lys. 1214 m πρός γε μέντοι τὴν θύραν/ προαγορεύω μὴ βαδίζειν/ τὴν ἐμήν.

δέ γε: Plut. 540 n πρὸς δέ γε τούτοις.

μέν γε: Av. 1136 ἐκ μέν γε Λιβύης ἦκον.

μὲν οὖν: Av. 376 n παρὰ μὲν οὖν φίλου/ οὐ μάθοις ἂν τοῦτο.

μὲν τοίνυν: Eccl. 586 n περὶ μὲν τοίνυν τοῦ καινοτομεῖν μὴ δείσῃς.

c. Praeposititio πέρι, anastropham passa, semel aliis vocabulis a substantivo suo seiungitur: Av. 23 ἦ δ' ἡ κορώνη τῆς ὁδοῦ τί λέγει πέρι;

d. Particulae, quae articulum praepositioni additum secuntur: quod volgo tribuendum est metro:

γε: Pac. 483 ὑπὸ τοῦ γε λιμοῦ νὴ Δί' ἐξολωλότες. Ὑπό γε τοῦ λιμοῦ metro respuitur: praeterea ὑπό ictum haberet in syllaba posteriore, quod apud Aristophanem perrarum est cf. ὑπό c. gen. II: 2.

γάρ: Plut. 1034.

δέ: Vesp. 94, Lys. 593 n, Eccl. 625 n.

τε: Eq. 1118 m.

e. Particulae, quae ponuntur post praepositionem coniunctam cum attributo:

γε: Ach. 211 m ἐπ' ἐμῆς γε νεότητος, Fr. 236 ἐξ ἑνός γέ του τρόπου.

γοῦν: Lys. 612 ἀλλ' ἐς τρίτην γοῦν ἡμέραν, Ran. 736 n ἐξ ἀξίου γοῦν τοῦ ξύλου/ — πάσχειν τοῖς σοφοῖς δοκήσετε.

δέ: Eq. 1318 n ἐπὶ καιναῖσιν δ' εὐτυχίαισιν, Nub. 161 διὰ λεπτοῦ δ' ὄντος αὐτοῦ, Fr. 471 T εἰς Οἰδίπου δὲ παῖδε.

δή: Vesp. 1062 m κατ' αὐτὸ δὴ μόνον τοῦτ', Av. 451 m κατὰ πάντα δὴ τρόπον, Ran. 679 m.

ἔτι: Nub. 720 n πρὸς τούτοις ἔτι τοῖσι κακοῖς.

τε: Eq. 402 m LT? ἐπι πᾶσί τε πράγμασι, 562 m ἐκ τῶν ἄλλων τε θεῶν, unicus locus, ubi inter praepositionem et adiectivum intercedit articulus.

Ex *a*)—*e*) concludimus, in trimetris iambicis γάρ et γε saepe, ceteras particulas aut raro aut nunquam inter praepositionem et substantivum intercedere.

f. Alia vocabula, quibus substantivum a praepositione cum attributo coniuncta separatur:

Th. 1128 πρός τινας στρεφθῶ λόγους; 651 εἰς οἴ' ἐμαυτὸν εἰσεκύλισα πράγματα, Ran. 163 ἐπὶ ταῖσι τοῦ Πλούτωνος οἰκοῦσιν θύραις, Eq. 660 τῇ δ' Ἀγροτέρᾳ κατὰ χιλιῶν παρῆνεσα / εὐχὴν ποιήσασθαι χιμάρων εἰσαύριον, Vesp. 546 n ἀλλ' ὦ περὶ τῆς πάσης μέλλων βασιλείας ἀντιλογήσειν / τῆς ἡμετέρας, 29 περὶ τῆς πόλεως γάρ ἐστι τοῦ σκάφους ὅλου, cf. porro Eq. 191, 788 n, 1289 n, 1323 n, Nub. 703 m, 1223, Vesp. 90, 639 m, Pac. 140 T, 972, Av. 890, Lys. 562 n, 743 T, Th. 1045 m, Ran. 682 m, Eccl. 1089, Plut. 430, 1108, 1167.

Quibus addimus paucos locos, ubi praepositio cum pronomine praedicative posito a substantivo removetur: Eq. 754 ὅταν δ' ἐπὶ ταυτησὶ καθῆται τῆς πέτρας, Pac. 199, Plut. 1031, vide sub d) Ran. 736 n, Nub. 720 n.

Si *e*) cum *f*) componimus, videmus in trimetris iambicis praepositionem cum attributo minus saepe particulis, quam aliis vocabulis a substantivo seiungi.

2. Tmesis adhibetur ab Aristophane:

a. Ubi patheticum genus dicendi tragoediae imitatur: Av. 333 m παρέβη μὲν θεσμοὺς ἀρχαίους,/ παρέβη δ' ὅρκους ὀρνίθων·/ ἐς δὲ δόλον ἐκάλεσε, cet., Lys. 262/3 m ἐπεὶ τίς ἂν ποτ' ἤλπισ', ὦ Στρυμόδωρ', ἀκοῦσαι / γυναῖκας, ἃς ἐβόσκομεν / κατ' οἶκον ἐμφανὲς κακόν,/ κατὰ μὲν ἅγιον ἔχειν βρέτας,/ κατὰ δ' ἀκρόπολιν ἐμὰν λαβεῖν, 1280/5 m ἐπι — καλεῖν.

b. Ubi emphasis requiritur vel res aliqua manifesta ante oculos ponitur:

Ach. 295 m κατά σ' αὖ χώσομεν τοῖς λίθοις, nempe donec humi deiectus, prostratus sis. Ran. 1047 n ὥστε γε καὐτόν σε κατ' οὖν ἔβαλεν secundum Piersonum, Mus. Rhen. XI (1857), «De tmesi apud poetas Graecos» (p. 119—128 de Aristophane), subitus casus lancis depingitur, qua in re, nisi fallor, errat, nam de lance ante v. 1365 sermo non est. Rectius Kockius ad h. l.: «nirgends ist die «Tmesis so matt wie hier; οὖν ist ohne alle Kraft und «auffallend gestellt, wie zuweilen bei Herodot und anderen «(z. B. Melanipp. 4, 3 τοὶ μὲν ἀπ' ὧν ὄλοντο), aber nicht «bei Attikern.» Coniecit ὥστε σε καὐτὸν κατὰ νοῦν ἔλαβεν «so dass sie auch dir selbst den Verstand berückt hat.» — Av. 342/8 m ἔπαγ', ἔπιθ', ἐπίφερε πολέμιον / ὁρμὰν φονίαν, πτέρυγά τε παντᾶ / περίβαλε περί τε κύκλωσαι / ὡς δεῖ τώδ' οἰμώζειν ἄμφω / καὶ δοῦναι ῥύγχει (l. ῥάμφει) φορβάν, ubi multis brevibus syllabis acrior sonus pipilantium, sequentibus antispondeis gravior gementium avium significatur. — Vesp. 784 Bdel. μόλις τὸ πρᾶγμ' ἔγνωσαν ἀναμασώμενοι.

Phil. ἀνά τοί με πείθεις, ἀλλ' ἐκεῖν' οὔπω λέγεις cet., de quibus vide Pierson. o. c. p. 125: «die Tmesis scheint «dem Wortspiele ihre Entstehung zu verdanken. Auf das «Stichwort ἀναμασώμενοι nämlich erwiedert Philocleon ἀνά «τοί με πείθεις. Ἀνά sollte hervorgehoben werden. Die «Bedeutung von ἀναπείθειν unterstüzt diese Annahme. «Dies wort kommt nämlich auf Speisen angewandt, in der «Bedeutung «den Appetit erregen» vor (Xen. Mem.); diese «Bedeutung spielt hier mit, zumal im Bezug auf das «Vorhergehende ἀναμασᾶσθαι. Die Tmesis macht diese «Correspondenz bemerklicher, und ihre Anwendung ward «darum noch wünschenswerther.»

Ἀπόλλυμι quater tmesin patitur:

ἀπὸ γὰρ ὀλοῦμαι Nub. 792, 1441 m, ἀπὸ γὰρ ὀλεῖς Av. 1506, ἀπό σ' ὀλῶ Plut. 65.

Hoc verbum vim suam, quae usu quotidiano magnopere trita ac debilitata erat, ubi quaedam gravitas verborum requiritur, tmesi recipit.

Denique de nonnullis locis dubiis videamus. Vesp. 437 n pro librorum lectione ἕν a Berglero recte restitutum est ἔν: ἔν τί σοι παγήσεται, quod alte penetrantem aculeum vesparum designat. — Av. 1070 m ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος ἐκ φοναῖς ὄλλυται est coniectura Reisigii. Libri exhibent φοναῖσιν ἐξόλλυται, quod metro respuitur. Piersonus legendum censet ἐν φοναῖς ὄλλυται cf. o. c. p. 123. — Av. 1456 a Dobraeo pro κᾆτ' αὖ πέτωμαι, quia κᾆτ' etiam versu praecedenti legitur, levissima mutatione substitutum est κατ' — quod nunc ab omnibus fere recipitur. Plut. 1029 Ravennas ἀντ' εὖ ποιεῖν exhibet, quod a Dindorfio recte in ἀντευποιεῖν mutatum est, cf. etiam Kuhner. II p. 467.

3. Collocatio praepositionis inter substantivum et attributum.

a. praecedente substantivo:

Ach. 1193 mt δορὸς ὑπὸ πολεμίου τυπείς, Nub. 277 m ὑψηλῶν ὀρέων κορυφὰς ἐπὶ / δενδροκόμους, ubi igitur genetivus attributivus substantivum praecedit, Av. 740 m, 742 m, Th. 1149 m, Ran. 816 m, Plut. 9 T.

Semel substantivum separatur a praepositione: Av. 1373 m πέτομαι δ' ὁδὸν ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλαν μελέων. Extat denique unus locus, ubi praepositio collocatur inter duo substantiva, quorum alterum alterius attributum est: Nub. 277 m πατρὸς ἀπ' Ὠκεανοῦ βαρυαχέος.

Apparet igitur hanc structuram non nisi in melicis et in parodia occurrere. Minus inusitata est, ut per se intellegitur, eiusmodi translatio praepositionis περί: Pac. 105 Ἑλλήνων πέρι ἁπαξαπάντων, Lys. 1288 m, cf. etiam Av. 1595 τούτων περὶ πάντων αὐτοκράτορες ἥκομεν.

b. praecedente attributo (adiectivo cet.):

Nub. 580 n μηδενὶ ξὺν νῷ, Th. 783 n πάσας καθ' ὁδούς, 1069 m τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου, unicus locus, ubi articulus adiectivo additur, Eq. 403 m, Nub. 286 m, 310 m, Vesp. 1160 T, Av. 409 m, 905 m L, 1232 T, 1595, 1722 m, Lys. 807 m, Th. 177 T, 313 m, Ran. 242 m, 323 m, 326 m, 327 m, 348 m, 441 m, 540 m, 1533 n T Subinde adiectivum a praepositione particula vel alia voce seiungitur: Pac. 1088 e ποῖον γὰρ κατὰ χρησμόν, Av. 1398 m νοτίαν στείχων πρός ὁδόν, Th. 127 m, 1055 m.

Apparet igitur hanc quoque translationem nusquam in trimetris iambicis puris inveniri. Lys. 1129 μιᾶς ἐκ χέρνιβος coniectura Bentleii est pro μιᾶς τε χέρνιβος. Quae si vera est, hunc quoque versum aeque ac praecedentes et sequentes (vide Bakhuyzen, de parodia cett., ad h. l.) parodiam continere putaverim.

c. praecedente attributo (genetivo):

Nub. 270 n Ὠκεανοῦ πατρὸς ἐν κήποις, 1008 n ἦρος ἐν ὥρᾳ, Pac. 161 n, Lys. 552 n, Th. 95 t, Ran. 666 T, 704 n L, Eccl. 12 T.

Hic illic genetivus attributivus a praepositione separatur particula vel alia voce: Av. 694 n Ἐρέβους δ' ἐν ἀπείροσι κόλποις, Vesp. 1032 n = Pac. 755 n, Av. 1094 m. Et adiectivum et genetivus attributivus praepositioni praemittuntur: Th. 993 m Νυμφᾶν ἐρατοῖς ἐν ὕμνοις.

Traiectio, qualis extat Eq. 31 T θεῶν ἰόντε προσπεσεῖν του πρὸς βρέτας procul dubio parodiae tribuenda est: item, quod legimus Av. 1546 μόνον θεῶν γὰρ διὰ σ' ἐπανθρακίζομεν, vide Bakhuyzen ad Av. 1494, qui multis ostendit, Aves inde a vrs. 1470 passim usque ad finem parodiam continere Promethei Igniferi.

Haec omnia igitur nusquam in trimetris iambicis, nisi ubi parodia vel paratragoedia adest.

4. Anastrophe.

Praeter περί perpaucae praepositiones eaeque perraro anastropham patiuntur:

πέρι: Nub. 956 m, Pac. 105, 216, Av. 23, 113, 1101 n, 1631, Lys. 190, 627 n, 1235, 1288 m, Ran. 809, 1052 n, 1426, Plut. 199.

ὕπερ: Vesp. 1118 n τῆσδε τῆς χώρας ὕπερ / μήτε κώπην μήτε λόγχην μήτε φλύκταιναν λαβών.

ἄπο: Av. 1517 οὐδὲ κνῖσα μηρίων ἄπο / ἀνῆλθεν ὡς ἡμᾶς ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου, Eccl. 4 Τ τροχῷ γὰρ ἐλαθεὶς κεραμικῆς ῥύμης ἄπο (ubi tamen legendum est ὕπο, vide Blayd.)

ὕπο: Lys. 1145 sq. ταυτὶ παθόντες τῶν Ἀθηναίων ὕπο / δηοῦτε χώραν, ἧς ὕπ' εὖ πεπόνθατε [1];

Fieri potest, ut etiam locis laudatis Av. 1517 et Lys. 1145 sq. anastrophe parodiae vel paratragoediae tribuenda sit, licet hi versus non disertis verbis a Bakhuyzen nominentur. Secundum eundem enim tota postrema pars Avium continua parodia est Promethei Igniferi; et ὕπο — ὕπ' Lys. 1145 sq. occurrit in oratione, quam Lysistrata habet ad Lacedaemonios: quamquam autem parodia tantum in vrss. 1124 sqq. et 1131 sqq. certo certius statui potest, vel sic tamen etiam reliqua pars colorem tragicum praebet. Imo equidem parum dubito, quin ex ipsa anastropha — quae, si περί excipimus, apud Aristophanem fere deest, apud tragicos frequenter occurrit — concludere liceat, Aristophanem h. l. tragoediam imitari.

---

[1] Eq. 32 ποῖον βρέτας . . . . . ; ἐτεὸν ἡγεῖ γὰρ θεούς; ubi πρός coniectura est Dindorfii, parum probabilis, quod omnino de anastropha huius praepositionis non constat. O. Ribbeckius coniecit ποῖον βρέτας εἶπας, Bambergius ποῖον βρέτας, ὦ 'τάν, quae maiorem veri speciem habent.

§ 3. De praepositione semel posita vel iterata.

1. Ante appositionem.

Fere nunquam nomini, quod praepositione regitur, appositionem additam invenimus:

Fr. 471 T εἰς Οἰδίπου δὲ παῖδε, διπτύχω κόρω, Nub. 1189 sq. ἐκεῖνος οὖν τὴν κλῆσιν ἐς δύ' ἡμέρας/ ἔθηκεν, ἕς γε τὴν ἕνην τε καὶ νέαν. Hoc loco igitur praepositio ante appositionem iteratur, illo omittitur.

Ach. 5 sq. ἐγῷδ' ἐφ' ᾧ γε τὸ κέαρ ηὐφράνθην ἰδών,/ τοῖς πέντε ταλάντοις, οἷς Κλέων ἐξήμεσεν magis epexegesis cernitur.

Th. 806 n πρὸς Ἀριστομάχην — πρὸς ἐκείνην τὴν Μαραθῶνι, ἐκείνην τὴν Μαραθῶνι magis attributum solum per se positum (igitur = πρὸς ἐκείνην τὴν Μαραθῶνι Ἀριστομάχην) quam appositio est. Cf. porro de his Kuhner. II p. 477, Kruger. § 68 : 7.

2. Ante membra comparationis.

Comparationes inter nomina, quae praepositionibus reguntur, tribus tantum locis occurrunt. Particula comparativa est ὡς (ὥσπερ). Bis comparatio praecedit, semel sequitur: Lys. 993 ἀλλ' ὡς πρὸς εἰδότ' ἐμὲ σὺ τἀληθῆ λέγε, sed Nub. 947 n praepositio etiam alteri membro additur: τὸ πρόσωπον ἅπαν καὶ τὼφθαλμὰ/ κεντούμενος ὥσπερ ὑπ' ἀνθρηνῶν/ ὑπὸ τῶν γνωμῶν ἀπολεῖται. Contra Av. 537 n, licet alterum membrum comparationem contineat, vel sic tamen praepositio ibi deest: κἄπειτα κατεσκέδασαν θερμὸν/ τοῦτο καθ' ὑμῶν/ αὖων ὥσπερ κενεβρείων. Aristophanes igitur hac in re, fortasse metro coactus, certam normam non sequitur. Locus, qualis extat Ran. 1246 sq. τὸ ληκύθιον γὰρ τοῦτ' ἐπὶ τοῖς προλόγοισί σου/ ὥσπερ τὰ σῦκ' ἐπὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς ἔφυ, huc non facit: ibi enim comparatio ad tota

enuntiata pertinet. Cf. porro Kühner. II. p. 479, Krüger. § 68 : 8 et imprimis Cob. Var. Lect. ed. II. p. 163 sqq., 533.

3. Post particulas copulativas, cett.

In asyndetis praepositio iteratur: Vesp. 1081 n T = Pac. 256 n T ξὺν δόρει ξὺν ἀσπίδι, Eq. 1005 sqq., Ran. 441 m, Plut. 145 sq.

Saepe tamen eadem praepositio duo vel plura nomina regit, quae inter se nexa sunt:

a. particulis copulativis. — Quod si fit, praepositio fere semper semel tantum, et quidem ante primum nomen ponitur, quamobrem Av. 544 m κατὰ δαίμονα καὶ ὺυ συντυχίαν ἀγαθήν Bentleii coniecturam τινα praeferendam esse censuerim Brunckii, qui proposuit κατὰ. — Ach. 195 κατὰ γῆν τε καὶ θάλατταν, Eq. 792 n ἐν ταῖς πιθάκναισι καὶ γυπαρίοις καὶ πυργιδίοις, 804 n ὑπ' ἀνάγκης ἅμα καὶ χρείας καὶ μισθοῦ, et porro sexcenties. Hic illic tamen praepositio repetitur, ubi nomina singulatim notanda vel enumeranda sunt: Ach. 606 τοὺς δ' ἐν Καμαρίνῃ κἀν Γέλᾳ κἀν Καταγέλᾳ, Vesp. 22 sq. ὅτι ταὐτὸν ἐν γῇ τ' ἀπέβαλεν κἀν οὐρανῷ / κἀν τῇ θαλάττῃ θηρίον τὴν ἀσπίδα, Av. 717/8 n οὕτω πρὸς ἅπαντα τρέπεσθε, / πρός τ' ἐμπορίαν καὶ πρὸς βιότου κτῆσιν καὶ πρὸς γάμον ἄνδρες, Ran. 718/20 n πολλάκις γ' ἡμῖν ἔδοξεν ἡ πόλις πεπονθέναι / ταὐτὸν ἔς τε τῶν πολιτῶν τοὺς καλούς τε κἀγαθοὺς, / ἔς τε τἀρχαῖον νόμισμα καὶ τὸ καινὸν χρυσίον, ubi iteratione praepositionis unum membrum comparationis manifestius iuxta alterum ponitur, Eq. 1404 sq., Nub. 572 m, 1287, Lys. 324/5 m, 557 n, 1244 (lectio incerta, vid. Blayd.), Ran. 404/5 m, Fr. 561 m. Si quis tamen Ran. 404/5 m ἐπὶ γέλωτι / κἀπ' εὐτελείᾳ repetitio praepositionis diverso nominum ingenio tribuere velit, comparet alios locos eiusdem generis, ubi praepositio omittitur, subinde etiamsi in altero membro propriam, in altero translatam signifi-

cationem habet, velut Eccl. 541 σὲ δ' ἐν ἀλέᾳ κατακείμενον καὶ στρώμασιν, Nub. 13, 438 n, Av. 1758 m, Lys. 328 m, Ran. 729 n. Sed Pac. 770 n κἀπὶ τραπέζῃ καὶ ξυμποσίοις cum Meinekio aliisque legendum videtur κἀν pro καὶ: ἐπί apud Aristophanem saltem nusquam cum dativo talium vocabulorum coniungitur, cf. ἐπί c. dat. I: 2.

Particulae *οὐδέ* tria exempla inveni: semel omittitur, bis iteratur praepositio: Eq. 191 sqq. ἡ δημαγωγία γὰρ οὐ πρὸς μουσικοῦ/ ἔτ' ἐστὶν ἀνδρὸς οὐδὲ χρηστοῦ τοὺς τρόπους, Vesp. 480 n οὐδὲ μέν γ' οὐδ' ἐν σελίνῳ σοὐστὶν οὐδ' ἐν πηγάνῳ, Av. 618/9 n κοὐκ ἐς Δελφοὺς/ οὐδ εἰς Ἄμμων' ἐλθόντες.

Uno loco tantum occurrit οὔτε: praepositio bis ponitur: Plut. 527/8 n οὔτ' ἐν κλίνῃ καταδαρθεῖν —/ οὔτ' ἐν δάπισιν.

Item ubi membra inter se nexuntur per μήτε: Ach. 533 sq. ὡς χρὴ Μεγαρέας μήτε γῇ μήτ' ἐν ἀγορᾷ/ μήτ' ἐν θαλάττῃ μήτ' ἐν ἠπείρῳ μένειν, Eq. 609/10 n εἰ μηδ' ἐν βυθῷ δυνήσομαι/ μήτε γῇ μήτ' ἐν θαλάττῃ διαφυγεῖν τοὺς ἱππέας. Utroque loco libri exhibent μήτ' ἐν γῇ, quod tamen, ut metrum evincit, a Bentleio recte mutatum est in μήτε γῇ.

b. particulis disiunctivis.

Hic quoque unumquodque nomen suam praepositionem habet: Nub. 158 κατὰ τὸ στόμ' ᾄδειν ἢ κατὰ τουρροπύγιον, Lys. 1 sq., Ran. 186 sq. — Nub. 638 πότερον περὶ μέτρων ἢ ῥυθμῶν ἢ περὶ ἐπῶν, ubi περί ante ῥυθμῶν non necessitate versus extrusum est, sed ipso sensu omissio eius requiritur. Sunt enim duo tantum membra: μέτρα et ῥυθμοί ad musicam pertinent, quae grammaticae opponitur. Unicus locus igitur, ubi membrum alterum praepositione caret, est Fr. 205 εἰς ὄξος ἐμβαπτόμενος ἢ λεπτοὺς ἅλας, sed ibi post ἢ facile excidisse potuit 'ς, cf. Blayd. fr. 179.

c. particulis adversativis.

Ultro intellegitur praepositionem iterari, si duo enun-

tiata sibi opponantur, velut Ach. 50/1 t ἐξ ἧς Λυκῖνος ἐγένετ'· ἐκ τούτου δ' ἐγὼ/ ἀθάνατός εἰμ', Eq. 803/4 n ὁ δὲ δῆμος/ ὑπὸ τοῦ πολέμου καὶ τῆς ὁμίχλης ἃ πανουργεῖς μὴ καθορᾷ σου,/ ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης ἅμα καὶ χρείας καὶ μισθοῦ πρός σε κεχήνῃ, vel si unum tantum inveniatur, sed particula adversativa ad alia vocabula huius enuntiati pertineat, veluti Nub. 650 sq. ὁποῖός ἐστι τῶν ῥυθμῶν/ κατ' ἐνόπλιον, χὠποῖος αὖ κατὰ δάκτυλον, Plut. 982 sq. ἀλλ' ἀργυρίου δραχμὰς ἂν ἤτησ' εἴκοσιν/ εἰς ἱμάτιον, ὀκτὼ δ' ἂν εἰς ὑποδήματα, Eq. 76, 78 sq., 173 sq., Fr. 460. Tales locos igitur praecidimus. Sed etiam, si in una eademque sententia duo substantiva, quae eadem praepositione reguntur, particula adversativa inter se opponuntur, ubique praepositionem bis positam invenimus: Eq. 524 n ἀλλὰ τελευτῶν ἐπὶ γήρως, οὐ γὰρ ἐφ' ἥβης, Plut. 559 n παρὰ τῷ μὲν γὰρ ποδαγρῶντες/ — παρ' ἐμοὶ δὲ cet., Eq. 1095, 1190 sq., Nub. 226 sq., Pac. 162/3 n, Ran. 1486/7 m, Eccl. 895/6 m, Plut. 51 sq., 540/4 n, Fr. 198. Unicus locus, qui exceptionem praebet, extat in parodia carminis tragici: Th. 1034 m T γαμηλίῳ μὲν οὐ ξὺν/ παιῶνι, δεσμίῳ δὲ, γοᾶσθέ με.

d. paucis locis praepositio ante primam vocem omittitur, sequenti vel sequentibus additur: vide locos Ach. 533 sq., Eq. 609/10 n, quos sub *a)* ascripsimus, et porro Eq. 567 n πεζαῖς μάχαισιν ἔν τε ναυφάρκτῳ στρατῷ, Av. 740 m νάπαισι καὶ κορυφαῖς ἐν ὀρείαις, cf. Kühner. II p. 477, Krüger. § 68: 9: 2, secundum quos hic usus in prosa oratione non invenitur. Ach. 533 sq. igitur, ubi in trimetris iambicis occurrit, omissio soli versus necessitudini tribuenda erit.

4. In quaestionibus et responsionibus ellipticis, quae ex praecedentibus supplendae sunt, praepositio saepius iteratur quam omittitur:

Eq. 707 ἐπὶ τῷ φάγοις ἥδιστ' ἄν; ἐπὶ βαλλαντίῳ; ubi Kockius coniecit ἐπὶ τῷ φαγὼν ἥδοιτ' ἄν; cett., fortasse recte, cf. ἐπί c. dat. II: 3, Pac. 223 sq. Herm. ὁ Πόλεμος αὐτὴν ἐνέβαλ' εἰς ἄντρον βαθύ./ Tryg. ἐς ποῖον; Herm. ἐς τουτὶ τὸ κάτω. Av. 608 n P. ἔτι προσθήσουσ' ὄρνιθες ἕτη. E. παρὰ τοῦ; P. παρὰ τοῦ (Bekk. παρ' ὅτου, sed vide Dind.); παρ' ἑαυτῶν. Eq. 185 sq., 1005 sqq., Nub. 638 sq., 1089/90 n, Vesp. 191., Pac. 366 sq., Av. 803, 1208 sqq., Lys. 997 sq., Plut. 130 sq., 133, 393, Fr. 238. — Quod ad omissionem attinet, conferantur: Ach. 61 sq. Praeco. οἱ πρέσβεις οἱ παρὰ βασιλέως. Dic. ποίου βασιλέως; Lys. 729 sq. Mulier 1. Οἴκοι γάρ ἐστιν ἔριά μοι Μιλήσια / ὑπὸ τῶν σέων κατακαπτόμενα. Lys. ποίων σέων; Ran. 1200 sq. Aesch. ἀπὸ ληκυθίου σου τοὺς προλόγους διαφθερῶ./ Eur. ἀπὸ ληκυθίου σὺ τοὺς ἐμούς; Aesch. ἑνὸς μόνου, Plut. 888 sq. Sycoph. οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ γὰρ ἐνθάδ' ἐστὸν οὐδενί./ Carion μὰ τὸν Δί' οὔκουν τῷ γε σῷ./ Nub. 897/9 n, Vesp. 761 sq., Eccl. 522 sq., 621, Plut. 1045 sq. — Praepositio ubique repetitur: 1) ubi ipsa verba alicuius ab eo, qui respondet, iterantur, velut Eq. 1245 sqq. Cleon. πότερον ἐν ἀγορᾷ/ ἢ λλαντοπώλεις ἑτέον ἢ 'πὶ ταῖς πύλαις; Isic. ἐπὶ ταῖς πύλαισιν, Nub. 651 sq. Quamobrem Vesp. 471/3 n Bdel. ἔσθ' ὅπως — ἐς λόγους ἔλθοιμεν ἀλλήλοισι καὶ διαλλαγάς; / Chorus. σοὶ λόγους; ὦ μισόδημε —, praepositio ante λόγους fortasse recte restituitur, nisi hic omissa est, ut prorsus inusitata aphaeresis (Bothius: σοὶ 'ς), aut crasis (Dind. σοὺς) vitaretur, cf. § 4: 5, 6.—2) ubi quaestio vel responsio non elliptica est, sed ipsa novam sententiam efficit, veluti Vesp. 1143 sq. Bdel. οὔκ, ἀλλ' ἐν Ἐκβατάνοισι ταῦθ' ὑφαίνεται./ Phil. ἐν Ἐκβατάνοισι γίγνεται κρόκης χόλιξ; Av. 1383 sqq., Lys. 488/9 m.

§ 4. Alia praemonenda.

1. Πρός adverbium est locis hisce:

Ach. 1229 n, Eq. 578 n, Pac. 19, Lys. 628 n, Ran. 611, 697 n, Eccl. 309 m. Cf. porro Ach. 700 m κἄτα προσαλισκόμεθα libri, κἄτα πρὸς ἁλισκόμεθα Dind., recte, nam προσαλισκόμεθα significaret «una cum aliis condemnamur» et sensus est «insuper —». Eandem ob causam Vesp. 1420, ubi libri praebent καὶ χάριν προσείσομαι vel προείσομαι, Dindorfius recte edidit καὶ χάριν πρὸς εἴσομαι. Sed etiam Lys. 1238 πρός a verbo separare debebat: ἐπῃνέσαμεν ἄν καὶ πρὸς ἐπιωρκήσαμεν, vide Blayd. ad h. l., qui praeterea seiunctionem proponit Plut. 16 οὗτος δ' ἀκολουθεῖ κἀμὲ προσβιάζεται, fortasse recte, quamquam hic non necessarium videtur, quod προσβιάζεσθαι eodem sensu, quo βιάζεσθαι usurpatur. Denique Ran. 415 n libri exhibent: Xanth. ἐγὼ δ' ἀεί πως φιλακόλουθός εἰμι καὶ μετ' αὐτῆς/ παίζων χορεύειν βούλομαι. Dion. κἄγωγε πρός. Kockius delet μετ' αὐτῆς, ita ut duo trimetri iambici evadant. Quia vero adverbium πρός apud Aristophanem saltem nunquam pro «una cum aliis» usurpatur, qui sensus hic requiritur, equidem assentiri malim Dindorfio, qui tetrametrum supplens, πρός mutat in προσχορεύσω. Praeterea hi versus respondere debent versibus 444/5, vide Metra Dindorfii.

2. Copulatio praepositionum cum adverbiis et infinitivis.

Subinde praepositiones cum adverbiis coniunguntur cf. Krüger. § 66 : 1 : 3 : «Die Präpositionen mit Wörtern «der Art als Ein Wort zu schreiben ist nicht rathsam, «vgl. Eur. Hel. 1650 ἐς μὲν γὰρ ἀεί, Dem. 2: 10 εἰς μὲν

«ἅπαξ.» Apud Aristophanem extant: προσέτι Ach. 984 m, Vesp. 1320, Av. 855 m, Lys. 655 n, Th. 416 T, Ran. 490, cf. etiam Nub. 720 n καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τοῖς κακοῖς, 1219 ἐχθρὸς ἔτι πρὸς τούτοισιν ἀνδρὶ δημότῃ. — εἰσαῦθις Eccl. 983, εἰσαύριον Eq. 661, εἰς αὐτίκα Pac. 367 (opponitur verbis ἐς τίν' ἡμέραν, quamobrem Dindorfius h. l. praepositionem ab adverbio separat). — ἀνεκάς Vesp. 18, Fr. 234. — προπαλαι παλαίπαλαι Eq. 1155, 1157 Dind.: προ πάλαι πάλαι πάλαι libri. — Cf. porro Av. 334 m ἐξότε.

Πρόσθε(ν) et ὄπισθε(ν) hic illic, articulo addito, vice substantivi funguntur et praepositionibus ἐς, ἐν, ἐκ reguntur: ἐς τὸ πρόσθε(ν) Ach. 43, 242 (cf. ὡς not.), Eq. 751, Lys. 185, Th. 645, Eccl. 629; ἐν τῷ πρόσθε Ran. 287; ἐς τοὔπισθεν Plut. 1209 n; ἐκ τοὔπισθεν Eccl. 482 n. — Eodem modo infinitivus subinde naturam substantivi asciscit et praepositione, imprimis διά c. acc., regitur. Quae tamen ratio loquendi omnino et imprimis in trimetris iambicis rara est. Videtur parum flexibilis fuisse, quam ut in sermonis quotidiani consuetudinem venire posset, cf. e. g. Vesp. 94 ὑπὸ τοῦ δὲ τὴν ψῆφόν γ' ἔχειν εἰωθέναι. Occurrunt haec: διὰ τό: Nub. 1061 n, 1067 n, Ran. 1490 m, Eccl. 1156 n, Plut. 148; περὶ τοῦ Eq. 339 n et Ran. 809 cum anastropha τοῦ γνῶναι πέρι φύσεις ποιητῶν: ὑπὸ τοῦ Vesp. 94, 1045 n; ἀπὸ τοῦ Ran. 962 n; ἐν πῷ Nub. 1071 n.

3. Coniunctio praepositionum cum formis encliticis pronominum personalium:

ἔς με Eq. 292 n, Ran. 562 [1]); πρός με Vesp. 44,

---

[1]) Fr. 243 a Dindorfio editur sic: ἤδη παροινεῖς ἔς με πρὶν δεδειπνάναι: volgo ἐμὲ omisso ἐς: Bruncknius εἰς ἐμέ. Coniectura Dindorfii euphoniae causa praeferenda videtur.

Plut. 1055; περί μου Vesp. 1358, Th. 83; ἔκ μου Nub. 455 n [1]).

4. Ἔνι = ἔνεστι cet.

ἔνι = ἔνεστι Ach. 829, Eq. 17, 1121 m, 1212, Nub. 487, Vesp. [2]) 446 n, Av. 429 m, 1318 m, Lys. 163, 545 m (bis), 546 m (ter), 1026 n, Plut. 348 (bis), Fr. 344.

πάρα = πάρεστι Ach. 129, 862, Vesp. 316 m T, 899, Lys. 58, Th. 1161, Ran. 1484 m:

= πάρεισι Ach. 1091.

μέτα = μέτεστι Eccl. 173 ἐμοὶ δ' ἴσον μὲν τῆσδε τῆς χώρας μέτα/ ὅσονπερ ὑμῖν.

5. Aphaeresis.

Praepositiones ἐκ et ἐς raro, ἐν et ἐπί saepius aphaeresin patiuntur post longam vocalem vel diphthongum, volgo η, ω, ου.

'κ post: μή Eq. 186; τώ Ach. 1103; ἐξελῶ Nub. 802; βωστρησάτω Pac. 1146 n [3]).

'ν post: μή Ach. 343 m, Eq. 749, Vesp. 435 n, Th. 941, Ran. 358 n, 1103 m; ἐγώ Vesp. 758 n, κἀγώ Eq. 420 n; τὠφθαλμώ Vesp. 432 n; λοιποῦ Pac. 1084 e; τοῦ Eq. 1334 n, Vesp. 711 n, quibus locis 'ν post τοῦ a Dindorfio eiectum est: fortasse iniuria cf. ἐν I: 3 [4]).

---

[1]) Eq. 272 n libri exhibent ἐκ σοῦ, Dind. edidit ἔκ σου: σοῦ in thesi positum est. Av. 1546 T? μόνον θεῶν γὰρ διὰ σ' ἐπανθρακίζομεν, pronomen orthotonum elisionem patitur. Bergkius cum codice A διά σ', quod vereor ut probari possit: dactylus enim γαρ δια ictum habet in priore syllaba brevi, — ύυ.

[2]) Vesp. 191 Phil. ὅδ' ἔσθ' ὁ πρότερος; Bdel. οὗτος. Phil. αὕτη 'νταῦθ' ἔνι, lectio probabilis Dobraei pro ἐντευθενί.

[3]) Pac. 1000 n post ἐμπλησθῆναι a nonnullis inseritur 'κ, sed ibi legendum est, ut recte edidit Blaydesius, ἐμπλησθῆν' ἐκ Μεγάρων.

[4]) Magna cum probabilitate restitutum est 'ν post δήσω Eq. 367 n, τούτου Nub. 592 n, cf. ἐν I: 9. not.: fortasse etiam post λουσαμένη

'ς post: ἤ Lys. 2 (bis), Ran. 186, 187 (bis). Fr. 460 πωλήσεις Χίον libri, πωλήσει 'ς Χίον Casaubonus, quod verborum sensus requirit. Lys. 605 n χώρει εἰς libri, χώρει 'ς recte Dindorfius [1]).

— πί post: ἤ Ach. 330 n, Eq. 1246, 1312 n, Vesp. 557 n, 650 n, Ran. 187, 928 n: ἦ Av. 292 n; ἡ Fr. 564; δή Ach. 411, Plut. 891; ἤδη Nub. 480; μή Vesp. 90, Lys. 251; ὁτιή Eq. 236; γυνή Lys. 395; ἴζω Ran. 199; τρέχω Av. 77, 79; τοῦ Vesp. 1293; χωρεῖ Fr. 496. — Quater aphaeresis occurrit una cum elisione: Ran. 928 n ἤ 'π' ἀσπίδων, Plut. 891 ὡς δὴ 'π' ἀληθείᾳ, Lys. 251 ἐὰν μὴ 'φ' οἷσιν, Av. 77 τρέχω 'π' ἀφύας.

Ex his apparet, aphaeresin frequenter post η, minus saepe post ω, ου, bis terve tantum post ει occurrere. Praeterea voces, post quas invenitur, volgo breves sunt, ut ἤ, μή sim. Usus etiam euphoniae causa his finibus circumscriptus esse videtur: quamobrem fortasse cavendum est, ne aphaeresis post alias vocales longas et diphthongos temere intrudatur. Haud scio an coniectura, qualem supra notavimus, ἐμπλησθῆναι 'κ, hanc ob causam improbanda sit.

6. Crasis.

'Ex, ἐν, ἐπί, raro aliae praepositiones, cum nonnullis casibus articuli, qui in vocalem exeunt, ὁ, ἡ, τό, τά, et cum particula copulativa καί, per crasin coalescunt.

ἐκ: οὐκ Eq. 668, Nub. 1065 n, Vesp. 266 m, 1267 m, Av. 13, Ran. 501; οὐξ Pac. 1047; ἥκ Plut. 435; τοὐκ

Lys. 913, ψυχρᾷ Plut. 658, cf. ἐν I: 7. not.: sed minus recte post ἀμείνω Eq. 1262 cf. ἐν I: 3 not., ubi carere ea possumus.

[1]) Ach. 242 πρόϊθ' ὡς τὸ πρόσθεν libri, προΐττω 'ς τὸ πρόσθεν Wolfius, cf. ὡς not.

De Vesp. 473 n σοὶ λόγους, ὦ μισόδημε libri, σοὶ 'ς λόγους Bothius, cf. § 3 : 4.

Av. 813; τἀκ Eq. 479, Eccl. 488 m; κἀκ Eq. 337 n, 607 n, 1401, Nub. 881, Vesp. 1066 m, Pac. 356 m, 1003 n, Lys. 400, Th. 736, Ran. 731 n, Eccl. 591 n, Plut. 857; κἀξ Pac. 1149 n, Av. 283 n; κἠκ Ach. 790 (Megar.).

ἐν: οὖν Th. 1165; τοὖν Vesp. 1374, Fr. 363 n (accusativus τοὖν — τροπαῖον retinenda est, cf. διά c. acc. II: 2), 423 n; τἀν Eq. 598 n, 709, 839 n, 907 n, 1302 n T, 1375, Vesp. 284 m, Lys. 994, Ran. 651; κἀν Ach. 198, 257, 606 (bis), Vesp. 22, 23, 594 n, 639 m, 689 n, 802, Pac. 272, 642 n, 699 L, Av. 525 n, 1005, Lys. 150, 557 n (bis), 787 m, Th. 83, Eccl. 8 T, 135, Plut. 184.

ἐπί: οὐπί Ach. 504, 510, Nub. 218, 1502, Vesp. 68, Lys. 389; τἀπί Vesp. 289 m, Pac. 283, Av. 1369, Eccl. 82, Plut. 57, 996; τἀπ' Fr. 185 a; κἀπί Eq. 169, Nub. 1431 n, Pac. 770 n, Ran. 589, Eccl. 903 m, 909 m, 943 m, Fr. 117 m; κἀπ' Ran. 405 m; κἀφ' Nub. 363 n.

ἀπό: κἀπό Eq. 313 m, Av. 382 n, 1702 m, Fr. 561 m.

ἀντί: κἀντί Lys. 1155, Ran. 694 n [1]).

7. Apocope.

Apocope praepositionum ἀνά, κατά, παρά, ποτί (= πρός) hic illic occurrit, ubi poeta dialecto Dorica (Megar., Lacedaem.) utitur. Forma apocopata praepositionum κατά et ποτί cum casibus articuli, quae a τ incipiunt, coalescere solet.

ἀνά: ἄν Ach. 796 (M.).

κατά: καττοῖν Lys. 1258 m (L.).

παρά: πάρ Lys. 1302 m (L), 1309 m (L.) [2]).

ποτί; ποτί Lys. 82 (L.); ποθ' Lys 87 (L.), 95 (L.),

---

[1]) Lys. 1244 ἐς τὼς Ἀσαναίως τε κἠς αὐτὼς ἁμᾶ Dind., καὶ R. Aug., καὶ ἐς BC. Crasis Dorica κἠς coniectura est Brunckii. — De Vesp. 473 n σοι λόγους, ὦ μισόδημε libri, σοὺς λόγους Dind., cf. § 3: 4.

[2]) Lys. 174 καὶ τὠργύριον τὤβυσσον ᾗ πάρ τᾰ σιῷ Dind., ubi πάρ coniectura est Koenii pro παρά.

1076 (L.); ποττάν Ach. 783 (M.), Lys. 1006 (L.); ποττό Ach. 751 (M.), Lys. 117 (L.); ποττάς Lys. 1264 m (L.); ποττά Lys. 1253 m (L.).

8. Ἐς (εἰς), ξύν (σύν), ἐνί, ὑπαί.

a. De scriptura praepositionis ἐς (εἰς) omnia iam dicta sunt a Dindorfio, vide lexicon eius Aeschyleum s. v., cuius verba, quoad pertinent ad Aristophanem, huc apponere mihi liceat:

«Aristophanem ceterosque poetas comicos satis constat «forma ἐς nusquam usos esse postulante metro, nisi ubi «tragicorum aut verba repeterent aut sermonem imita- «rentur: quo Elmsleius inductus ἐς ab comicorum usu «prorsus alienum et ubique ante vocales pariter ac con- «sonantes εἰς scribendum esse iudicabat, cui opinioni non «solum Helladii, haud dubie antiquiore auctore usi, «observatio supra memorata (apud Photium Bibl. p. 573, 10), «sed etiam codicum auctoritas obstat. Nam codices Aristo- «phanis, quorum in rebus orthographicis fides aliquanto «maior est quam codicum per quos tragicorum fabulae «propagatae sunt, formam ἐς in praepositione simplici «verbisque cum ea compositis toties ante litteras conso- «nantes praebent ut exemplorum prope idem atque alterius «formae numerus sit. His igitur indiciis inter se collatis «ego in annot. Oxon. ad Arist. Ach. 242 vol. 3 p. 385, «hanc proposui regulam: «discrimen inter εἰς et ἐς apud «comicos hoc intercedit ut εἰς ante vocales, ἐς ante con- «sonantes litteras scribatur. Ab hac lege tragicorum usus «ita tantum recedit, ut ἐς etiam ante vocalem dicatur ubi «metri necessitas postulat.» Assensi mihi sunt Meinekius «in Aristophanis editione Lipsiensi a. 1860 aliique, dissen- «tiunt alii, quibus nihil aliud relinquitur, quam ut libra- «riorum exemplum sequentes ab scriptoribus veteribus «temere modo εἰς modo ἐς scriptum fuisse credant. Nec

«quod quibusdam placuit ab regula mea, etiamsi in uni-«versum vera esse possit, tamen vocabula quaedam, ut «εἰσφορά, quod sic in inscriptionibus constanter scriptum «reperitur, vel genera vocabulorum, velut ἐπεισπίπτειν, «ἐπεισφέρειν et alia huiusmodi bicomposita, exemta esse «videri, magnam veri speciem habet, quum nec ratio «huius discriminis apparcat et exemplorum numerus «perexiguus sit. Scriptorum ipsorum utrum tanta fuerit «diligentia ut ab regulis quas sibi scripserant nusquam «desciscerent neque aut casu aut euphoniae gratia εἰς «etiam ante consonantes et, quod minus credibile est, «ἐς sine metri necessitate ante vocales ponerent, sciri non «potest, quum codices fidem sibi ipsi abrogent non solum «inconstantia sua, sed etiam εἰς et ἐς interdum contra «metri leges illatis.»

b. Kühner I, p. 687 dicit: «Bei Aristophanis ist ξύν häufiger als σύν.» Accuratius investigata res sic se habet. Si omittimus manifestam interpolationem Th. 102 m [1]), forma ξύν metro requiritur 2 locis: Nub. 580 n, Vesp. 359 n, σύν 5 locis: Av. 1722 m, Lys. 1039 n, 1143, Ran. 444 m, 1199. Undecim ceteris locis utraque forma metro toleratur. Libri praebent ξύν decies, σύν quinquies (secundum varias lectiones editionis Dindorfianae) et praeterea Pac. 356 n T (bis), ubi tamen Meinekius, ratione habita cum Vesp. 1081 n T, recte formam ξύν restituit, cf. Dind. ad Vesp. 1081, Pac. 356.

c. Praepositionis ἐν semel in parodia tragica extat forma ἐνί: Nub 1159 m T τοῖσδ' ἐνὶ δώμασι παῖς.

---

[1]) Vid. Dind.: „ξὺν ἐλευθέρᾳ πατρίδι χορεύσασθαι (χορεύσασθε Bent-„leius) βοάν, quod interpolatoris commentum est, qui versum defectum, „illato, qui alienus ab hoc carmine est, trimetro iambico redintegrare conatus est."

d. Pro ὑπό in parodia lyrica bis occurrit ὑπαί: Ach. 970 L εἴσειμ' ὑπαὶ πτερύγων κιχλᾶν καὶ κοψίχων cf. Av. 1426 L. ὑπὸ πτερύγων τί προσκαλεῖ συφώτερον; ubi Kock.: «Die «homerische Nebenform der Präposition bei den attischen «Dichtern sehr selten, haben hier wohl die meisten Hand-«schriften, darunter Ravennas; und da zu Ach. 970 die «schol. sagen, dass ὑπαὶ πτερύγων aus einem bekannten «Liede sei (μιμεῖται δὲ τὸ μέλος), so ist auch hier die Form fest zu halten.»

II.

DE SIGNIFICATIONE PRAEPOSITIONUM.

§ 5. De praepositionibus quarti sive infimi gradus frequentiae.

1. ΑΜΦΙ.

Apud Aristophanem quinquies tantum occurrit, et quidem in melicis et in parodia.

A. Cum dativo.

Th. 995 m ἀμφὶ δὲ σοὶ κτυπεῖται / Κιθαιρώνιος ἠχώ, de voce repercussa, quae quem circumsonat. Dativus praeterquam hoc loco traditus est **Nub. 595 m L** ἀμφί μοι αὖτε, Φοῖβ' ἄναξ, Δήλιε cett., quae Brunckius reddit per «Huc ades tu quoque cet.» Attamen vide Kock. ad h. l.: «Der «νόμος ὄρθιος des Terpandros begann: ἀμφί μοι αὖτις ἄναχθ' «ἑκατηβόλον ἀοιδέτω φρήν [secuntur loci nonnulli]. Mit «dieser Anrufung beginnen hiess ἀμφιανακτίζειν. Nach den «angeführten Stellen ist Bergks Vermutung: ἀμφί μοι αὖ «σε, Φοῖβ' ἄναξ, sehr wahrscheinlich.»

Eo modo igitur praepositio accusativum regit et vi translata praedita est, cf. B. II.

B. Cum accusativo.

I. **Ach. 1072 T** τίς ἀμφὶ χαλκοφάλαρα δώματα κτυπεῖ; de clamore, qui domum circumsonat, eodem igitur sensu, quem supra semel apud dativum notavimus.

Lys. 1257 m t πολὺς δ' ἀμφὶ τὰς γένυας ἄφρος ἥνσει. Ex quo loco elucet vis primaria huius praepositionis, qua

distinguitur a περί: est enim «ab utraque parte», περί «ab omnibus partibus».

II. Translato sensu ἀμφί accusativum regit personae, circa quam alicuius sermo versatur: **Ran. 215 m** ἀοιδὰν..../ ἣν ἀμφὶ Νυσήιον/ Διὸς Διώνυσον ἐν/ Λίμναισιν ἀχήσαμεν «qua Nyseum Iovis filium Bacchum in Limnis cantavimus.» De **Nub. 595 m L** cf. A.

2. ANA.

Octies occurrit, ubique regens accusativum.

I. 1. Ἀνά c. dat. apud Homerum quietem in loco edito, ubi quis versatur, indicat cf. Il. ξ: 352 εὖδε πατὴρ ἀνὰ Γαργάρῳ ἄκρῳ, et ἀνά c. acc. motum de loco inferiore in superiorem, qui hanc quietem praecedit, cf. Il. κ: 466 θῆκεν ἀνὰ μυρίκην (sc. τὰ ἔναρα). Huius usus apud Aristophanem extat unum exemplum: Ach. 796 κρῆς/.... ἂν τὸν ὀδελὸν ἀμπεπαρμένον. Ut apparet, ἀνά c. acc. non solum motum ad cacumen sed etiam annexionem indicat, congruens cum nostra praepositione «aan.»

2. *a.* Porro usurpatur de motu, qui per acclive ad altiorem locum protenditur, tum vero, vi propria debilitata, etiam de motu per quamvis planitiem: Ran. 326 m ἐλθὲ τόνδ' ἀνὰ λειμῶνα χορεύσων/ ὁσίους ἐς θιασώτας, ubi iungenda sunt τόνδ' ἀνὰ λειμῶνα χορεύσων. Ran. 441 m (bis). Huc facit etiam Av. 1378 τί δεῦρο πόδα σὺ κυλλὸν ἀνὰ κύκλον κυκλεῖς, de motu, qui orbem describens, progreditur.

b. **Av. 1265 m** contra sermo est non de hominibus, qui iter faciunt, sed qui dispersi sunt per terram: adest igitur notio quietis: μηδέ τιν' .... ἀνὰ δάπεδον .... βροτῶν (δάπεδον h. l. = γῆς πέδον, vide Kock. ad h. l.).

II. 1. Sensu metaphorico dicitur semel de actione,

quae per singulas partes suas pergit: **Ran. 1327 m T** ἀνὰ τὸ δωδεκαμήχανον / Κυρήνης μελοποιῶν, cf. Bakhuyzen, ad h. l.: «Schol. ἔστι δὲ παρὰ τὰ ἐξ Ὑψιπύλης Εὐριπίδου: ἀνὰ «τὸ δωδεκαμήχανον ἄστρον, i. e. solem, qui per duodecim «Zodiaci signa transit.»

2. Ubi actio modo commemorata distributio est, habes vim distributivam praepositionis: Ran. 554 καὶ κρέα γε πρὸς τούτοισιν ἀνάβραστ' εἴκοσιν / ἀν' ἡμιωβολιαῖα.

3. ΣΥΝ (ΞΥΝ).

T. Mommsenus in dissertatione, quam edidit in Programmate Gymnasii Francofurtani a/M., anno 1874, ostendit in prosa dialectorum et apud poetas epicos, lyricos, tragicos σύν multo frequentius esse quam μετά c. gen.: sed apud poetas comicos et optimos scriptores Atticos, Thucydidem, Platonem, Demosthenem (excepto Xenophonte, cuius sermo aliis quoque proprietatibus insignis est), etiam apud posteriores, ut Aristotelem aliosque, alteram praepositionem prorsus in locum prioris successisse. Aristophanes, ut apparuit supra § 1, μετά c. gen. dixit locis 80, σύν locis 18, quorum duo tantum, si parodiam excipimus, in trimetris iambicis extant.

Σύν ubique comitatum vel coniunctionem designat, proprio vel translato sensu.

I. 1. De personis: Lys. 1039 n οὔτε σὺν πανωλέθροισιν οὔτ' ἄνευ πανωλέθρων, Ran. 444 n; Lys. 1143 ἐλθὼν δὲ σὺν ὁπλίταισι τετρακισχιλίοις. Ut observat Kühner. II p. 378, in re militari saepius solus dativus usurpatur, non aliter quam in lingua Latina. Loco postremo et in formula nota ξὺν θεοῖς Vesp. 1085 n, σὺν τοῖσιν θεοῖς Ran. 1199 ad notionem societatis accedit notio auxilii (cf. μετά c. gen. I: 3) cf. Plut. 114 tT? ξὺν θεῷ δ' εἰρήσεται, vid. Krüger.

§ 68 : 13 : 2 «σὺν (τοῖς) θεοῖς heiszt mit Gewährung, ge-«wöhnlich mit Hülfe der Götter und brachylogisch σὺν «θεῷ (θεοῖς) εἰρήσεται, εἰπεῖν unter Voraussetzung göttli-«cher Hülfe sei es gesagt [Hermann zu Soph. O. C. 282].»

2. de rebus concretis, imprimis de armis: Vesp. 359 n ξὺν ὅπλοις διατάξασθαι, Lys. 555 n — ἀγοράζειν καὶ μαί-νεσθαι, 558 n περιιέναι κατὰ τὴν ἀγοράν, Vesp. 1081 n T ξὺν δόρει ξὺν ἀσπίδι ἐκδραμεῖν, Pac. 356 n T — πλανᾶσθαι.

3. Separatim commemoro duos locos, ubi σύν cum casu suo locum dativi instrumenti obtinere videtur (cf. ἐν I: 9): **Th. 1034 m T** γαμηλίῳ μὲν οὐ ξὺν/ παιῶνι, δεσμίῳ δὲ,/ γοᾶσθέ μ', ὦ γυναῖκες, **Nub. 604 m** σὺν πεύκαις σελα-γεῖ, attamen hoc loco addita praepositione res magis ante oculos ponitur, «taedas manu tenens.»

II. De rebus abstractis: Nub. 580 n μηδενὶ ξὺν νῷ «absque ullo iudicio,» Av. 1722 m περιπέτεσθε/ μάκαρα μάκαρι σὺν τύχᾳ «circumvolate fortunatum virum fausto venientem omine.»

Th. 716 m T libri praebent: τίς ἄν σοι, τίς ἂν ξύμμαχος ἐκ θεῶν/ ἀθανάτων ἦλθοι ξὺν ἀδίκοις ἔργοις; H. l. ξὺν ἀδίκοις ἔργοις cum σοι coniungi potest, ita ut indignanter dictum sit «tibi cum factis tuis iniustis» cf. Ter. Ad. 4 : 6 : 1 ut, Syre, te cum tua monstratione magnus perdat Iupiter, Eun. 4 : 3 : 9, Plaut. Aul. 1 : 1 : 2. Quare coniectura Meinekii, qui pro ξύν proposuit σοῖς, mihi supervacanea videtur [1]).

4. ΥΠΕΡ.

A. Cum genetivo.

I. Significatio localis duobus tantum locis occurrit, et quidem apud verbum quietem denotans: Ach. 318 n ὑπὲρ

---

[1]) De loco interpolato Th. 102 m cf. § 4: 8 b, not.

ἐπιξήνου θελήσω τὸν λάρυγγ' ἔχων λέγειν, et 355 ἐμοῦ θέλοντος ὑπὲρ ἐπιξήνου λέγειν. Ex priore loco apparet, in altero ad ἐμοῦ cogitandum esse τὸν λαρυγγ' ἔχοντος.

II. Aeque ac περί c. gen. (cf. περί c. gen., init.), ὑπέρ c. gen. notioni primariae locali proxime accedit, si coniungitur cum verbis pugnandi, defendendi. Ut μάχεσθαι περί τινος proprio sensu dicitur de eo, qui defendendi causa circum aliquem cursitat, sic μάχεσθαι ὑπέρ τινος de eo, qui se inclinans corpore suo aliquem tegit. Inde omnino significat «pugnare pro aliquo vel aliqua re», factis vel dictis, sed notio loci apud Aristophanem ubique plane interiit.

Pendet ὑπέρ c. gen. ex:

1. Verbis agendi: πολεμεῖν Vesp. 1037 n, πολεμίζειν Pac. 759 n, πόνους πονεῖν Pac. 150. Porro Vesp. 1118 n: τῆσδε τῆς χώρας ὕπερ / μήτε κώπην μήτε λόγχην μήτε φλύκταιναν λαβών. Pac. 93 n t ὑπὲρ Ἑλλήνων πάντων πέτομαι. Huc etiam referenda est locutio, quae extat Vesp. 570 n κἄπειθ' ὁ πατὴρ ὑπὲρ αὐτῶν (= liberorum suorum) / ὥσπερ θεὸν ἀντιβολεῖ με τρέμων τῆς εὐθύνης ἀπολῦσαι, ubi ὑπὲρ αὐτῶν et τῆς εὐθύνης ἀπολῦσαι iungenda sunt, «eorum gratia.»

2. Verbis dicendi: λέγειν Ach. 316 n, 356, 369, 482, Th. 91, εἰπεῖν Th. 542 n. Quibus addo Th. 649 ταῦτ' ἄρ' ὑπὲρ Εὐριπίδου / ἡμῖν ἐλοιδορεῖτο «defendendi Euripidis gratia», Eq. 1018 e ὑπὲρ σοῦ δεινὰ κεκραγώς (de cane).

3. Significatio «pro aliquo» subinde fere transit in «loco alicuius» cf. Kühner. II p. 421 «im Namen, an der Stelle «Eines, für Einen, jedoch nicht = ἀντί c. gen., welcher «Gebrauch sich erst bei den Späteren findet, sondern «stäts mit Beibehaltung der Grundbedeutung»: Nub. 839 ἀλλ' ὡς τάχιστ' ἐλθὼν ὑπὲρ ἐμοῦ μάνθανε, Vesp. 1419 ἐγὼ γὰρ ὑπὲρ αὐτοῦ δίκην δίδωμί σοι, Lys. 210, Th. 752.

4. Denique ὑπέρ τινος duobus verbis affectum significantibus additur: δεδιέναι — «timere alicui»: Ran 1260 m καὶ δέδοιχ' ὑπὲρ αὐτοῦ, cf. περί c. gen. 5, c. dat. II, de δεδιέναι περί τινος, — περί τινι. — Verbum alterum est ἄχθεσθαι — «discruciari propter aliquem»: Lys 10 καὶ πόλλ' ὑπὲρ ἡμῶν τῶν γυναικῶν ἄχθομαι,/ ὅτιὴ παρὰ τοῖς ἀνδράσιν νονομίσμεθα/ εἶναι πανοῦργοι, cf. περί c. gen. 5, ubi fere eodem sensu habebimus ἀνιᾶσθαι περί τινος. In his igitur significatio volgaris «pro aliquo», «in gratiam alicuius», attenuata induit notionem «propter», «quod attinet ad». [1])

B. Cum accusativo.

I. Vis localis semel tantum occurrit, idque in loco haud dubie spurio [2]).

II. Unicus locus igitur, ubi ὑπέρ regit accusativum, et quidem sensu translato, est Eccl. 1025: ἀλλ' οὐκύριος/ ὑπὲρ μέδιμνόν ἐστ' ἀνὴρ οὐδεὶς ἔτι sc. συμβάλλειν. Saepe hoc significatu usurpatur πέρα μεδίμνου, vide Schol. et Blayd. ad h. l., quod tamen apud Aristophanem non invenitur.

5. ΩΣ [3]).

Motum indicat versus aliquem, semper regens accusativum personalem. Quo sensu haec praepositio apud

---

[1]) Verbo tangere sufficiet dittographiam, quae in codicibus extat Ach. 615 ὑπὲρ ἐράνου, ubi Bentl. ὑπ' ἐράνου restituit.

[2]) Ran. 1438 T εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κινησίᾳ/ αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα cet. Manifesta interpolatio, vide Aristarchum et Apollonium apud Schol. ad 1437, quibuscum omnes fere hodierni interpretes consentiunt.

[3]) Cur Dindorfius Plut. 32 cum aliis codicibus ediderit ᾠχόμην ὡς τὸν Θεόν, non intelligo. Ravennas h. l. aeque ac vrss. 823, 827, 840, 844

Aristophanem frequentissima est Exceptis enim locis non ita multis, quibus sensus ex parte (hic illic, imprimis apud ἐπί, ubi de hostilibus agitur) vel prorsus translatus est, pendent ex verbis eundi et (multo rarius) agendi:

ὥς τινα locis 39, πρός — 36, ἐπί — 15, παρά — 10; ἔς τινα locis 9, sed ibi accusativus semper (excepto loco Av. 618 n κοὐκ ἐς Δελφοὺς οὐδ' εἰς Ἄμμων' ἐλθόντες, de quo infra dicemus cf. ἐς I: init.) pluralis est, ita ut potius per «in medios illos» quam «ad illos» vertendum sit.

Ὡς τινα additur: 1. volgo verbis eundi: Ach. 394, 675 m, Eq. 501 n, Nub. 237, Vesp. 1042 n, Pac. 104, Av. 317 n, 753 n, 1518, 1647, Lys. 829, Th. 488, 617, 894, 1178, 1206, Ran. 1192, 1509 n, Eccl. 925, 933, 1005, 1013, 1028, 1084, 1088, Plut. 89, 97, 242, 404, 495 n, 1201, 1203.

De Eccl. 675 n, Plut. 237, ubi ὡς vera lectio est, cf. ἐς I not.

2. Verbis movendi: Ach. 65 ἐπέμψαθ' ἡμᾶς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν, 1224 m ὡς τοὺς κριτάς μ' ἐκφέρετε, Vesp. 815, Plut. 152. Porro Nub. 1163 m legitur apud καλεῖν: ὃν κάλεσον τρέχων ἔνδοθεν ὡς ἐμέ [1]).

---

exhibet πρός. Item Blaydesius ad Plut. 32 „πρὸς R. Cant. 1. 2. pr. Quod glossema est." Quod demonstrandum fuerat.

Ach. 242 libri praebent πρόϊθ' ὡς τὸ πρόσθεν, quod Wolfius mutavit in προίτω 'ς τὸ πρόσθεν, procul dubio recte, quia ὡς ubique regit accusativum personae.

[1]) Pac. 174 πρόσεχε τὸν νοῦν ὡς ἐμέ. cett. Εἰς ἐμέ corrigendum esset, nisi melius Blaydesius locum sic constituisset: ὦ μηχανοποιέ, πρόσεχε τὸν νοῦν, ὡς ἐμὲ/ ἤδη στρέφει τι πνεῦμα περὶ τὸν ὀμφαλόν, ut ἐμὲ pendeat a στρέφει, et ὡς sit coniunctio, non praepositio. Vide locos, quos Blayd. ad h. l. affert.

6. ANTI.

Non nisi translato sensu invenitur: nusquam enim Graeca praepositio ἀντί eodem sensu ponitur, quo Latina «ante», cui respondere potest epicum ἄντα vel ἀντία.

1. Apud Aristophanem ἀντί uno loco usurpatur sensu metaphorico de rebus, quae sibi opponuntur (= contra): Eq. 470 εὖ γ', εὖ γε, χάλκευ' ἀντὶ τῶν κολλωμένων. Cum hac notione arte cohaerent notiones sub 2) et 3) commemorandae.

2. Notio permutandi aliquid cum aliqua re (= pro): Vesp. 509 n ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα / ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἂν οὗ με νῦν ἀποστερεῖς, Vesp. 1404 πρίασθαι, Lys. 1167 ἀπαιτεῖν.

3. Notio pensandi aliquid aliqua re (= pro):

a. beneficia beneficiis: Nub. 668 ὥστ' ἀντὶ τούτου τοῦ διδάγματος μόνου / διαλφιτώσω σου κύκλῳ τὴν κάρδοπον, Eq. 1404, Nub. 338 nl, Pac. 580 n, Eccl. 17, 1047.

b. maleficia maleficiis: Plut. 434 ἢ σφὼ ποιήσω τήμερον δοῦναι δίκην / ἀνθ' ὧν ἐμὲ ζητεῖτον ἐνθένδ' ἀφανίσαι, Ach. 286 n, Th. 722 m [1]) Cf. 5.

4. Ex 2) oritur usus praepositionis, quo significatur in locum alicuius rei aliam succedere (= pro, loco, ex):

a. de rebus similibus, vel iis, quae pro similibus habentur.

b. de rebus dissimilibus.

c. de statu, qui in alium statum transit (cf. ἐκ II: 3).

a. ἀντί usurpatum hoc sensu, vim asciscit adiectivi ἴσος cum dativo, sive praepositionis δίκην cum genetivo,

---

[1]) Reisigius ad supplendam lacunam coniecit ἀνθ' ὧν Nub. 1310 m: ἀνθ' ὧν πανουργεῖν ἤρξατ'.

sive particulae ὡς: Av. 1429 ἀνθ' ἕρματος πολλὰς καταπεπωκὼς δίκας, Eq. 606 n ἥσθιον δὲ τοὺς παγούρους ἀντὶ ποίας Μηδικῆς, ubi sententia est, equos cancris vesci aeque libenter ac volgo herba Medica; Eccl. 1111 ἄνω 'πιθεῖναι πρόφασιν ἀντὶ ληκύθου, Eq. 364 n, 1043, Fr. 63. Eccl. 587 n τοῦτο γὰρ ἡμῖν/ ὁρᾶν ἀντ' ἄλλης ἀρχῆς (Bergkius recte ἀρετῆς) ἐστιν attendendum est ad usum pleonasticum adiectivi ἄλλος cf. Pac. 759 ὑπὲρ ὁμῶν πολεμίζων/ ἀντεῖχον ἀεὶ καὶ τῶν ἄλλων νήσων.

b. Nub. 381 n ὁ Ζεὺς οὐκ ὤν, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ Δῖνος νυνὶ βασιλεύων, Eq. 1345, Nub. 653, 796, Vesp. 210, 878 n, 1268 m, Av. 58, Lys. 1155, Th. 773, Eccl. 925, Plut. 540 n (bis), 542 n (bis), 543 n, 544 n, 545 n (bis) [1]).

c. Ran. 694 n καὶ Πλαταιᾶς εὐθὺς εἶναι κἀντὶ δούλων δεσπότας, Plut. 634 ἀντὶ γὰρ τυφλοῦ/ ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας, «nam ex caeco factus est oculatissimus», Fr. 476 n vrs. 15.

5. Ex 3) nascitur vis causalis «ob», «propter», quod imprimis elucet ex Ach. 286 n: Ch. σὲ μὲν οὖν καταλεύσομεν cet. Dic. ἀντὶ ποίας αἰτίας, ὦχαρνέων γεραίτατοι; «cuius culpae rependendae causa», i. e. «quam ob culpam». Ach. 292 n ἀντί iam prorsus vim causalem praebet: ἀντὶ δ' ὧν ἐσπεισάμην οὐκ οἴδατ' (ἀκούσατ' recte Hamak. pro οὐκ οἴδατ') ἀλλ' ἀκούσατε, item ἀνθ' ὧν Nub. 623 n, Plut. 840.

Multo frequentiora sunt hoc sensu διά c. acc. (cf. II: 1, 2), ὑπό c. gen. (cf. II: 2), sed rarissime κατά c. acc. ita usurpatur (cf. II: 1).

6. Denique separatim notanda sunt haec:

---

[1]) Fr. 622 *βακτηρία δὲ Περσὶς ἀντὶ καμπύλης* a Dindorfio assignatur Aristophani, quae opinio probabilis est, non certa, quare hoc fragmentum sub textum relegavi: a Blaydesio omittitur. Etiamsi ei tribuendum sit, incertum manet, utrum sub 4*a* an 4*b* poni debeat.

a. Plut. 434 (cf. 3*b*) ἀνθ' ὧν breviter dictum est pro ἀντὶ τούτων, ἅ sive ὅτι (= pro eo, quod): idem dici potest de illo ἀνθ' ὧν, quod Reisigius Nub. 1310 m restituit, cf. 3*b*.

b. Post ἄλλος ἀντί c. gen. congruit cum ἤ: Nub. 653 (cf. 4*b*) τίς ἄλλος ἀντὶ τουτουὶ τοῦ δακτύλου «quis alius nisi dactylus hic?»

c. De vi praepositionis ἀντί comparativum sequentis cf. Krüger. § 49: 2: 7 «statt ἤ folgt nach dem Compa«rativ zuweilen ἀντί, die Wahl bei einer Alternative, «oder πρό, das Vorziehen des Gegenstandes bezeichnend».

Huius usus apud Aristophanem nullum exemplum inveni, illius duo: Vesp. 210 (cf. 4*b*) νὴ Δί' ἤ μοι κρεῖττον ἦν/ τηρεῖν Σκιώνην ἀντὶ τούτου τοῦ πατρός, «quam hunc meum «patrem»; Eccl. 925 (cf. 4*b*) οὐδεὶς γὰρ ὡς σὲ πρότερον εἴσεισ' ἀντ' ἐμοῦ. Quo loco praeterea notabile genus breviloquentiae occurrit, nam ἀντ' ἐμοῦ dictum est pro ἤ ὡς ἐμέ [1]).

7. ΠΡΟ.

Vim localem habet 9-ies (praeterea duobus locis magna cum probabilitate restitutum est), vim temporalem 40-ies. Quod numerus posterior priorem ita superat, attribuendum est usui frequenti formulae πρὸ τοῦ, quae 35-ies occurrit.

I. Cum notione motus vel quietis: Ach. 989 m ἐκβαλεῖν πρὸ τῶν θυρῶν, Eq. 1058/9 e Cleon. ἀλλὰ τόδε φράσσαι πρὸ Πύλου Πύλον, ἥν σοι ἔφραζεν./ Ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο. Dem. τί τοῦτο λέγει πρὸ Πύλοιο; Eq. 1023 πρὸ σοῦ γὰρ ἀπύω, quod de cane sensu cum proprio tum translato [= «in gratiam alicuius»], de Cleone tantum metaphorice

[1]) Probabiliter Palmerius Ran. 76 εἶτ' οὐ Σοφοκλέα, πρότερον ὄντ' Εὐριπίδου/ μέλλεις ἀνάγειν, εἴπερ γ' ἐκεῖθεν δεῖ σ' ἄγειν, pro ὄντ' reponi iussit ἀντ'.

accipiendum est: idem valet in Eq. 1018 e [1]). Porro: Vesp. 273 m, 804, Eccl. 1033 [2]). — Separatum locum obtinet locutio, quae extat Ach. 235 n διώκειν γῆν πρὸ γῆς, ubi altera terra ante alteram iacens cogitatur, cf. Kühner. II p. 394 «Land vor Land, eigentlich von einem Lande «vorwärts nach einem anderen.»

II. Ut supra diximus, ex 40 locis, in quibus vis temporalis cernitur, 35 exhibent formulam πρὸ τοῦ sive προτοῦ: Eq. 574 n, 1339, Nub. 5, 654, 913 n, 1291, Vesp. 231 n, 268 m, Pac. 350 m, 401, 402, 690, 1199, 1312 n, Av. 199, Th. 398, 410, 418 T, 424 T, Ran. 732 n, 977 n, Eccl. 221—8 (novies), 301 m, Plut. 95, 1005, 1006, Fr. 15. In nonnullis horum locorum respicitur ad tempus diu peractum, ita ut per «olim» verti possit: Nub. 654 πρὸ τοῦ μὲν, ἔτ' ἐμοῦ παιδὸς ὄντος, 913 n Iustus. χρυσῷ πάττων μ' οὐ γιγνώσκεις./ Iniustus. οὐ δῆτα πρὸ τοῦ γ', ἀλλὰ μολύβδῳ, quae Dindorfius sic reddit: «talia dicens olim non auro, sed plumbo conspergere te visus essem.» Av. 199, Plut. 95. Idem valet in duos locos ubi πρὸ τοῦ per additionem articuli vice substantivi fungitur: Eq. 574 n στρατηγὸς οὐδ' ἂν εἷς τῶν πρὸ τοῦ, Fr. 15 εἰς οἵ' ἀνάλουν οἱ πρὸ τοῦ (= οἱ πρόγονοι) τὰ χρήματα. Quinque ceteri loci, quibus πρό ad tempus pertinet, sunt: Ach. 1112, Eq. 422 n, Vesp. 1363, Pac. 893, Ran. 872.

Eq. 422 n legimus: ὥσπερ ἀκαλήφας ἐσθίων πρὸ χελιδόνων ἔκλεπτες, quod breviter dictum est = πρὸ τῆς ἀναχωρήσεως τῶν χελιδόνων = πρὸ τοῦ ἦρος.

---

[1]) Eq. 1018 e ὅς πρόσθε (πρόσθεν) λάσκων καὶ ὑπὲρ σοῦ δεινὰ κεκραγώς libri, πρὸ σέθεν Porsonus.

[2]) Av. 360 n εἶτα κατάπτηξον πρὸς αὐτόν libri, πρὸ σαυτοῦ Bentleius.

§ 6. De praepositionibus tertii gradus frequentiae.

1. META.

A. Cum genetivo.

Σύν, ut supra vidimus, notionem comitatus, coniunctionis praebet, subinde auctam notione auxilii. Frequentior est usus praepositionis μετά c.gen., maior illius usus varietas.

I. Regit fere semper genetivum personalem eo sensu, quem exemplo illustrabo. *a*) Nub. 1451 n, ubi Strepsiades dicit filio ἢν ταυτὶ ποιῇς, οὐδέν σε κωλύσει σεαυ/τὸν ἐμβαλεῖν ἐς τὸ βάραθρον/ μετὰ Σωκράτους, si hoc volt «nihil utrumque vestrum impedit, quominus vosmet ipsos in barathrum praecipitetis», adest illa notio eodem loco eodem tempore mutuo idem faciendi, quam Germani «Wechselwirkung» vocare solent et utraque persona pro subiecto est. — *b*) Sin verborum sensus est, ut Phidippidem oporteat et se ipsum et Socratem in barathrum inicere, abest quidem notio idem faciendi, remanet tamen notio idem patiendi, est enim uterque obiectum, Phidippides vero solus subiectum, cf. Ran. 1513 n στίξας αὐτοὺς/ καὶ ξυμποδίσας/ μετ' Ἀδειμάντου τοῦ Λευκολόφου/ κατὰ γῆς ταχέως ἀποπέμψω. — *c*) Subinde neque prior neque posterior vis in praepositione inest, ita ut nihil significetur quam comitatus vel societas cf. Vesp. 1004 ἄγων μετ' ἐμαυτοῦ πανταχοῖ, et infra φέρειν μετά τινος, ἕπεσθαι μετά τινος. Significationes *b*) et *c*) apud nostrum rarissimae sunt, quippe quae tantum locis modo laudatis occurrant. Volgaris usus est *a*), indicans, duas personas eodem loco eodem tempore mutuo idem facere (vide 1, 2, 4) vel in eodem statu versari (vide 3).

Additur μετά cum genetivo personali hunc sensum praebens:

1. Verbis agendi: Ach. 277 m ἐὰν μεθ' ἡμῶν ξυμπίῃς, Ran. 1196 εὐδαίμων ἄρ' ἦν,/ εἰ καστρατήγησέν γε μετ' Ἐρασινίδου, Vesp. 1269 m δειπνεῖν, Pac. 1131 m διέλκειν, 1156 n ἐμπίνειν, Plut. 614 n εὐωχεῖσθαι, Lys. 904 κατακλίνεσθαι, Ach. 141 πίνειν. Vide porro: Vesp. 1247 m L, Pac. 775 m L, 782 m, 816 m, 1116, Av. 660, Ran. 414 n, Eccl. 123, 849, 1095, Plut. 891. Πίνειν cet. μετά τινος igitur facile distingui potest a — παρά τινι, quod est «domi alicuius» cf. παρά c. dat. 2.

Notio mutuo idem faciendi subinde partim vim suam amittit, si duo subiecta non idem pondus habent, sed alterum tanquam appendix alterius est: Ach. 249 τήνδε τὴν πομπὴν ἐμὲ/ πέμψαντα καὶ θύσαντα μετὰ τῶν οἰκετῶν.

Prorsus evanuit, etsi duo subiecta adsunt: Plut. 843 τὸ τριβώνιον..../ ὃ φέρει μετὰ σοῦ τὸ παιδάριον τουτί, nam τὸ φέρειν tantum de alterutro dicitur. Contra hic illic eadem notio etiam augetur: Eq. 1289 nt οὔποτ' ἐκ ταὐτοῦ μεθ' ἡμῶν πίεται ποτηρίου, Vesp. 788 δραχμὴν μετ' ἐμοῦ πρῴην λαβών, ubi ambo accipiunt unam drachmam cf. 786.

2. Verbis eundi: Nub. 1006 n ἀλλ' εἰς Ἀκαδήμειαν κατιὼν ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξει/ στεφανωσάμενος καλάμῳ λευκῷ μετὰ σώφρονος ἡλικιώτου: βαδίζειν Pac. 116 n; ἰέναι Nub. 1466, Vesp. 320 m, Av. 1686, 1692, Eccl. 1143, εἰσιέναι Plut. 231; χωρεῖν Eccl. 1065, ἀναχωρεῖν Av. 1428. In his omnibus aeque ac sub 1) notio verbi ad utramque personam pertinet: non ita in ἕπεσθαι μετά τινος Plut. 823, vide quae supra dixi de formula φέρειν μετά τινος. Quae tamen locutiones, ut apparet, exceptiones sunt. Vesp. 712 n, ubi alterum subiectum non tanquam par iuxta alterum ponitur, invenimus ἅμα: νῦν δ' ὥσπερ ἐλαολόγοι

χωρεῖθ' ἅμα τῷ τὸν μισθὸν ἔχοντι. Sed alibi huius praepositionis usus soli metro tribuendus esse videtur: Pac. 727 ἔπεσθον ἅμ' ἐμοὶ θᾶττον, Ran. 512 ἀλλ' εἶσιθ' ἅμ' ἐμοί. Av. 1396 me ἅμ' ἀνέμων πνοαῖσι βαίην ex Homero notum est [1]).

3. Verbis quiescendi: βίον διάγειν Nub. 462 m; βίον διαπλέκειν Av. 752 n; ἵζεσθαι Av. 739 m; καθέζεσθαι Plut. 383; καθεύδειν Ach. 1148 n; κατακεῖσθαι Pac. 1330 m; οἰκεῖν Av. 1345, Eccl. 243; συνεῖναι Plut. 504 n, cf. porro Vesp. 692 n καὶ κοινωνῶν τῶν ἀρχόντων ἑτέρῳ τινι τῶν μεθ' ἑαυτοῦ «eorum, quos in magistratu collegas habet». Huc etiam voco Av. 34 ἡμεῖς δὲ φυλῇ καὶ γένει τιμώμενοι,/ ἀστοὶ μετ' ἀστῶν, quibus ἡ πολιτεία ἐν τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις videtur significari cf. e. g. Xen. Hell. 7 : 1 : 45, qua Athenienses contra Spartam aliasque civitates gloriebantur, cuiusque respectu etiam vrs. 38 dictus est, vide Kock ad h. l. Non aliter nos dicimus «burgers met burgers» sive «burgers met elkaar». (Attamen fateor, cum verbis οὐ σοβοῦντος οὐδενός melius congruere coniecturam Blaydesii ἀστοί τε κἀξ ἀστῶν, σ. ο.). Omnibus hisce locis praepositio condicionem aequalem indicat, qua in re differt a praepositione παρά c. dat. cf. παρά c. dat. 2.

4. Ad notiones adhuc memoratas accedit subinde (cf. σύν 1: 1), notio auxilii: Av. 196 ὥστ' ἄν κατοικίζοιμι μετὰ σοῦ τὴν πόλιν, Th. 432 ταῦτ' ἐγὼ φανερῶς λέγω·/ τὰ

---

[1]) Ἅμα porro ter de tempore dicitur: Ach. 346 m ὡς ὅδε γε σειστὸς ἅμα τῇ στροφῇ γίγνεται, Eq. 519 n καὶ τοὺς προτέρους τῶν ποιητῶν' ἅμα τῷ γήρᾳ προδιδόντας, 520 n τοῦτο μὲν εἰδὼς ἅπαξε Μάγνης ἅμα ταῖς πολιταῖς κατισύσαις. Quod attinet ad structuram postremi loci cf. Eq. 655, Nub. 161, 654, sed dativo praepositionis ἅμα saepius ita participium adiungitur, vel apud scriptores pedestres.

Semel denique usurpatur ἅμα sensu translato ad indicandam convenientiam: Th. 148 t ἐγὼ δὲ τὴν ἐσθῆτ' ἅμα γνώμῃ φορῶ, velut apud alios subinde σύν cf. Plat. Legg. 11: 927 a σὺν τῷ νόμῳ, Xen. An. 2: 6: 18 σὺν τῷ δικαίῳ.

δ' ἄλλα μετὰ τῆς γραμματέως ξυγγράψομαι. Μετά hac vi praeditum adiungitur verbis: βασανίζειν Lys. 478 m; βοηθεῖν Eq. 229; γίγνεσθαι Lys. 141; εἶναι Pac. 765 n, Av. 1672, Ran. 782 «a partibus alicuius stare»; cf. II: 2 de Ach. 661 n T. Praeterea his verbis compositis cum σύν: ξυναρπάζειν, δεῖν Lys. 438; πράγματα ξυνδιαφέρειν Eq. 597 n; ξυνταλαιπωρεῖν Lys. 1221; συμβουλεύεσθαι Nub. 475 m. Vide porro: Eq. 590 m, Lys. 112, 349 m, 544 m, Ran. 697 n. — Vesp. 1037 n φησίν τε μετ' αὐτοῦ / τοῖς ἡπιάλοις ἐπιχειρῆσαι cett. genetivus sensu caret. Bentleius coniecit μετ' αὐτόν, Dindorfius μετ' αὐτό. Utraque coniectura, quarum prior ad Cleonem spectat, ferri potest. Locus ceteroquin obscurus est et emendatione videtur egere.

5. Bis evanescunt notiones et eiusdem loci et eiusdem temporis, ita ut nihil remaneat nisi notio idem faciendi vel patiendi. Quibus locis μετά prorsus vim asciscit particulae ὡς: Fr. 50 n ἢ δῶρ' αἰτῶν ἀρχὴν πολέμου πορίσειεν / μετὰ Πεισάνδρου, Plut. 175 ὁ βελονοπώλης δ' οὐχὶ μετὰ τοῦ Παμφίλου; sc. κλαύσεται.

A quibus distinguendus est locus, qui extat Plut. 54 καὶ τοῦ χάριν / δεόμενος ἦλθε μετὰ νῷν ἐνθαδί. Ibi enim interiit sane notio comitandi (Chremylus cum servo suo et senex Plutus non una iter ad oraculum fecerunt), attamen restat notio eiusdem temporis.

II. Ut vidimus, μετά c. gen. duo subiecta copulare solet, praebens notionem eiusdem actionis vel condicionis: inde fit, ut fere semper coniungatur cum genetivo personae, nam ubi personae et res vel res inter se nexuntur, notio memorata volgo deest. Ex sequentibus apparebit, quam exiguus eorum locorum numerus sit:

1. Persona et res concreta: Eq. 771 n ἐπὶ ταυτησὶ κατακνησθείην ἐν μυττωτῷ μετὰ τυροῦ, Vesp. 349 n μετὰ χοιρίνης περιελθεῖν «calculum manu tenens», Eccl. 964 m;

Eccl. 543 αἱ δὲ δὴ Λακωνικαὶ / ἦχοντο μετὰ σοῦ κατὰ τί χἠ βακτηρία;

2. Persona et res abstracta: Ach. 661 n T τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ καὶ τὸ δίκαιον / ξύμμαχον ἔσται (de notione auxilii dictum est I: 4); Plut. 564 n ὅτι κοσμιότης οἰκεῖ μετ' ἐμοῦ, cf. etiam Av. 155 ὁ μετ' ὀρνίθων βίος.

3. Duae res concretae: Pac. 1110 e καὶ ταυτὶ μετὰ τῆς σπονδῆς λαβὲ θᾶσσον, Fr. 421 m ἦ δέλφακος ὀπωρινῆς / ἡτριαίαν φέρετε δεῦρο μετὰ κολλάβων χλιαρῶν.

Saepius usurpatur ὁμοῦ: Eccl. 404 σκόροδ' ὁμοῦ τρίψαντ' ὀπῷ, Fr. 548 n πολφοὺς δ' οὐχ ἥψον ὁμοῦ βολβοῖς, 476 n ἔπειτα κολοκύντας ὁμοῦ ταῖς γογγυλίσιν ἀροῦσιν (Blayd. ἀμῶσιν, τρυγῶσιν). 88 (?), 335 n (?).

Notio auxilii adest Fr. 245 T? μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς ἑρκείου χύτρας / μεθ' ὧν ὁ βωμὸς οὗτος ἱδρύθη ποτέ. Schol. Pluti 1199 tradit παρ' αἷς pro μεθ' ὧν. Παρά c. dat. rei ab trimetris iambicis Aristophaneis abiudicandum est, cf. παρά c. dat. init. Quamquam sane fieri potest, ut hic versus aeque ac prior (cf. Ζηνός) parodiam tragicam contineat, vel sic tamen probabilius videtur a librario παρ' αἷς pro μεθ' ὧν, quam hanc lectionem pro illa substitutam esse.

4. Res concreta et res abstracta: Vesp. 1057 n καὶ τὰ νοήματα σώζεσθ' αὐτῶν, / ἐσβάλλετέ τ' ἐς τὰς κιβωτοὺς / μετὰ τῶν μήλων.

5. Unicus locus, ubi μετά cum genetivo vocis abstractae coniungitur, extat Fr. 398 καὶ κρῖνον αὐτὴ μὴ μετ' ὀξυρεγμίας. «nulla cum acerbitate sive iracundia».

B. Cum dativo.

Bis tantum, et quidem in melicis, occurrit, cum volgari significatione locali «inter»: **Lys. 1283 m** ὃς μετὰ Μαινάσι Βάκχιος ὄμμασι δαίεται. **Av. 251 m L** ὧν τ' ἐπὶ πόντιον οἶδμα θαλάσσης / φῦλα μετ' ἀλκυόνεσσι ποτᾶται.

C. Cum accusativo.

Fere nihil aliud niši tempus indicat (cf. ἐπί c. dat. III): Semel, Nub. 30, aliqua ex parte vis localis superesse videtur, bis Eq. 765 n, Plut. 251 ad ordinem spectat.

I. Translato sensu de ordine usurpatur: Eq. 765 n βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα καὶ Κύνναν καὶ Σαλαβακχώ, Plut. 251 ὃν ἐγὼ φιλῶ μάλιστα μετὰ σέ.

II. Locorum 28, quibus ad tempus respicit, 11 μετὰ ταῦτα, 8 μετὰ τοῦτο praebent. Μετὰ ταῦτα: Eq. 135, Nub. 60, Vesp. 119, Pac. 72, 899, Av. 713 n, Lys. 525 n, Ran. 143, Eccl. 914 m, Plut. 707, 833. — Μετὰ τοῦτο: Vesp. 1021 n, Th. 631, 654, Ran. 1026, Eccl. 427, Plut. 678, 697, 727. — Μετὰ ταῦτα volgo pluralem factorum sequitur, non semper cf. Eq. 135, Lys. 525 n. Μετὰ τοῦτο volgo locum suum habet post definitum aliquod factum, nec vero hic usus ubique observatur, cf. Eccl. 427, nam omnibus fere rebus adiunctae sunt res accedentes, quibus pluralis pronominis explicatur. Non igitur diligenter distinguuntur; hoc tantum pro certo affirmaverim, post enumerationem multorum factorum potius adhiberi μετὰ ταῦτα, cf. Pac. 899, post unum definitum factum, quod manifesto separatum locum obtinet, potius sequi μετὰ τοῦτο cf. Th. 631 φέρ' ἴδω, τί μέντοι πρῶτον ἦν; ἐπίνομεν/ τί δὲ μετὰ τοῦτο δεύτερον; Quod Eccl. 408 invenitur μετὰ τοῦτον, metro tribuendum est, cf. 427.

Quod praecedit aliquam rem, subinde causa est huius rei, quo fit, ut μετὰ ταῦτα Plut. 833 quodammodo vim causalem asciscere videatur: Car. ἦ πού σε ταχέως ἐπέλιπεν τὰ χρήματα. Iustus. κομιδῇ μεν οὖν. Car. οὐκοῦν μετὰ ταῦτ' ἦσθ' ἄθλιος.

Eccl. 914 m lectio incerta est. Dindorfius Dobraeum secutus edidit καὶ τἄλλά γ' οὐδὲν τὰ μετὰ ταῦτα δεῖ λέγειν, vide Dind.: «οὐδὲν μετὰ ταῦτα BΓ et fortasse R, οὐδέν

«με ταῦτα Ald., οὐδὲν μετὰ ταῦτα ed. Iunt. a. 1515». Satis igitur constat, μετὰ ταῦτα traditum esse, sive absolute positum, sive coniunctione cum articulo vice substantivi fungens.

Ubi porro de tempore usurpatur, accusativum personae regit his locis: Eq. 132, Vesp. 1243, Eccl. 408. Vesp. 1037 n accusativus restitutus est, cf. μετὰ c. gen. I: 4. Nub. 30 ἀτὰρ τί χρέος ἔβα Τ. με μετὰ τὸν Πασίαν; Hoc etiam de loco explicari potest, cum Strepsiades tabulas inspiciat, examinandi causa, cuius creditoris nomen ibi post Pasiam scriptum sit. Praeterea breviter dictum est pro μετὰ τὸ τῷ Πασίᾳ ὀφειλόμενον χρέος. — Accusativum rei regit locis hisce: Nub. 1131, 1134, Pac. 665, Av. 1499, Plut. 930. Imprimis attendendum est ad Av. 1499 ὁπηνίκα; σμικρόν τι μετὰ μεσημβρίαν, Plut. 930 οἶμοι τάλας ἀποδύομαι μεθ' ἡμέραν, cuius formulae proprius sensus est «post initium diei», «post diem illucescentem» cf. ἀπό III: 2, ἐκ III: 2. Apud alios scriptores saepe adverbio νύκτωρ opponitur: νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν «noctu atque «interdiu». — Si Prisciano fides habenda est, Aristophanes solum accusativum ἡμέραν pro μεθ' ἡμέραν usurpavit, cf. Fr. 724: «Priscian. 18 p. 1190 (vol. 2. p. 327 ed. Hertz) «Attici μεθ' ἡμέραν καὶ ἡμέραν ponunt per se et νύκτωρ «καὶ ἡμέραν. Aristophanes οὔτε νύκτωρ παύεται/ οὔθ' «ἡμέραν.»

2. ΑΠΟ.

I. Cum genetivo personae coniungitur (cf. παρά c. gen.): Av. 319 n φήμ' ἀπ' ἀνθρώπων ἀφῖχθαι δεῦρο πρεσβύτα δύο, Eq. 20, Nub. 216, 277 m, Vesp. 51, Pac. 601 n, Av. 893, Lys. 719, Plut. 66, 604 n. Sed etiam talibus locis notio localis sponte se offert: ergo in universum dici potest, ἀπό locum designare, a quo quis (quid) moveatur, abeat, similia. Ἐκ volgo significat locum, ex quo proficiscitur

motio: hic illic tamen ἀπό potestatem praepositionis ἐκ, ἐκ praepositionis ἀπό asciscit, vide passim infra.

1. Pendet ἀπό cum casu suo ex:

a. Verbis movendi, agendi, sim.: Ach. 1023 ἀπὸ Φυλῆς ἔλαβον οἱ Βοιώτιοι, Nub. 216 ταύτην ἀφ' ἡμῶν ἀπάγειν πόρρω πάνυ, Pac. 162 n, 163 n, 1221, Av. 674, Lys. 719, 1001, 1083, Th. 261, 691, Plut. 678, Fr. 372. Cum verbis cadendi sub *c*) memoratis componi possunt Nub. 173 ἀπὸ τῆς ὀροφῆς νύκτωρ γαλεώτης κατέχεσεν, Th. 827 n, Ran. 1354 m. — Attendendum est ad Vesp. 456 n παῖε, παῖ', ὦ Ξανθία, τοὺς σφῆκας ἀπὸ τῆς οἰκίας, ubi παίειν breviter dictum est pro «caedendo abigere». Bis terve magis locus ex quo, quam a quo indicatur: Eq. 744 ἀπ' ἐργαστηρίου / ἕψοντος ἑτέρου τὴν χύτραν ὑφειλόμην, Ran. 1354 m δάκρυά τ' ἀπ' ὀμμάτων / ἔβαλον.

b. Verbis eundi: Ach. 864 οἱ σφῆκες οὐκ ἀπὸ τῶν θυρῶν; Vesp. 1401 Αἴσωπον ἀπὸ δείπνου βαδίζονθ' ἑσπέρας, Eq. 728, 1296 m, Nub. 1254, Pac. 839, 1053, Av. 140, 319 n, Lys. 539 n, 984, 1073 n, Ran. 852, Eccl. 627 n, 694 n, Plut. 66, 604 n. — Nub. 1296 οὐκ ἀποδιώξει σαυτὸν ἀπὸ τῆς οἰκίας, recte ἀπό, ut sensus loci ostendit, in textum receptum est, etsi R. V. aliique codices praebent ἐκ. — Bis occurrit παρεῖναι: Av. 1119 ἀλλ' ὡς ἀπὸ τοῦ τείχους πάρεστιν ἄγγελος / οὐδείς, Th. 1169. Praeterea huc facit substantivum ἀπόκινος (Schol. φυγή): Eq. 20 ἀλλ' εὑρόν τιν' ἀπόκινον ἀπὸ τοῦ δεσπότου, quod igitur h. l. dictum est pro μηχανὴ φυγῆς. Verbum veniendi mente supplendum est Th. 395 εἰσίοντες ἀπὸ τῶν ἰκρίων, 495 ἀπὸ τείχους εἰσιών.

c. Verbis surgendi: Pac. 159 n ἴει σαυτὸν θαρρῶν ἀπὸ γῆς, Nub. 277 m, Vesp. 51; — cadendi: Nub. 1273 τί δῆτα λῃρεῖς ὥσπερ ἀπ' ὄνου καταπεσών; Vesp. 1370, Av. 840. Ἀπό respicit ad rem, de qua quis cadit, κατά c. gen. ad

rem, quae stringitur ab eo, qui cadit vel se demittit cf. κατά c. gen. I: 1.

d. ἄρχεσθαι: Vesp. 846 ἀφ' Ἑστίας ἀρχόμενος.

2. Notio quietis adest, ubi indicatur locus:

a. unde quis remotus est: Pac. 601 n ἀλλὰ ποῦ ποτ' ἦν ἀφ' ἡμῶν τὸν πολὺν τοῦτον χρόνον.

b. unde quis spectat (volgo de locis editis): Ach. 262 θεῶ μ' ἀπὸ τοῦ τέγους, Eq. 313 n, Nub. 226, 227, cf. etiam Pac. 822 ἀπὸ τουρανοῦ 'φαίνεσθε κακοήθεις πάνυ.

c. Semel ἀπό oppositum invenimus praepositioni μέχρι, ad indicandum intervallum loci: Vesp. 700 n πόλεων ἄρχων πλείστων, ἀπὸ τοῦ Πόντου μέχρι Σαρδοῦς (cf. ἐκ I: 8).

II. 1. Nonnulla eorum verborum, quae sub I memoravi, etiam sensu figurato usurpantur: Vesp. 884 n ἀπὸ τῆς ὀργῆς τὴν ἀκαλήφην ἀφελέσθαι, Eq. 1159 ἄφες ἀπὸ βαλβίδων ἐμέ τε καὶ τουτονί (Vesp. 548 n εὐθὺς ἀπὸ βαλβίδων prorsus idem est atque εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς, cf. III), Vesp. 601 n, Ran. 962 n.

2. Pars de summa demta significatur: Vesp. 661 n ἀπὸ τούτου νυν κατάθες μισθὸν τοῖσι δικασταῖς ἐνιαυτοῦ, Lys. 328 m ἐμπλησαμένη τὴν ὑδρίαν/ — ἀπὸ κρήνης, 584 n, Ran. 943 n, 1301. Item, ubi de multitudine sermo est: Av. 833 ὄρνις ἀφ' ἡμῶν, Fr. 198 (quater) (cf. ἐκ II: 4).

Porro in universum originem indicat: Lys. 406 τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν βλαστάνει βουλεύματα, subinde conveniens cum ἐκ: Ach. 636 n οἱ πρέσβεις ἀπὸ τῶν πόλεων cf. Eq. 668 ὁ κῆρυξ οὐκ Λακεδαίμονος: Av. 409 m ξένω σοφῆς ἀφ' Ἑλλάδος cf. Pac. 1047 ὁ Χρησμολόγος οὗξ 'Ωρεοῦ: Ach. 584, Vesp. 1032 n = Pac. 755 n, Fr. 292, 466 n.

Nihil differt a solo genetivo Lys. 398 τοιαῦτ' ἀπ' αὐτῶν ἐστιν ἀκολαστάσματα, Plut. 100 ἴστον γὰρ ἤδη τἀπ' ἐμοῦ, quem locum Kühner. II p. 471 minus recte affert, ad confirmandam significationem inusitatam praepositionis ἐπὶ

c. gen., cuius saltem apud Aristophanem nullum aliud exemplum extat. Cf. porro Av. 1517, Eccl. 918 m.

3. Ratio, quae inter dantem et accipientem intercedit, conspicitur Lys. 997 ἀπὸ τοῦ δὲ τουτὶ τὸ κακὸν ὑμῖν ἐνέπεσεν; / ἀπὸ Πανός; Vesp. 657 n, 670 n, Av. 708 n. [1])

4. Usurpatur ad indicandum, unde coniectura, nomen, mos, doctrina, affectio animi, similia, originem duxerint: Vesp. 76 ἀφ' αὑτοῦ τὴν νόσον τεκμαίρεται, Av. 151 βδελύττομαι τὸν Λέπρεον ἀπὸ Μελανθίου, Nub. 385 n, Av. 375 n, 382 n, 485 n, 489 n, 1702 m T?, Lys. 138, Eccl. 780, Plut. 576 n.

5. Adiumentum vel instrumentum indicat, si id, quo vel cuius ope quid efficitur, cogitatur tanquam id, unde quid provenit, (cf. ἐκ II: 7): Eq. 538 n ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης ὑμᾶς ἀριστίζων, Nub. 768 τὴν λίθον .... ἀφ' ἧς τὸ πῦρ ἅπτουσι, Ach. 999 m ὥστ' ἀλείφεσθαί σ' ἀπ' αὐτῶν (sc. τῶν ἐλάδων) κἀμὲ ταῖς νουμηνίαις, Eq. 788 n, Vesp. 300 m, 656 n, 1253, Pac. 850, Av. 1434, Lys. 496 n, Ran. 121, 1035 n, 1200, 1201, Eccl. 599 n, 665 n, Plut. 377, 562 n, Fr. 561 m (bis). — Subinde notio sub 2) memorata accedit: Eq. 427 n ἀτὰρ δῆλόν γ' ἀφ' οὗ ξυνέγνω, 539 n, Nub. 392 n, Vesp. 1282 m. — Subinde etiam obtinet notio partis demtae de toto: Plut. 569 n πλουτήσαντες δ' ἀπὸ τῶν κοινῶν, 890.

6. **Lys. 1207 m** ἄρτος ἀπὸ χοίνικος explicandum est per ellipsin genetivi ἀλεύρων, = «panis (factus) ex choenica (farris)». De materia, ex qua quid constat, volgo usurpatur ἐκ, cf. ἐκ II: 6.

---

[1]) Th. 1039 m T locus corruptus. Si ἀπὸ δὲ συγγόνων pendet ex πέπονθα, legendum est ὑπὸ. — Eccl. 4 T τροχῷ γὰρ ἐλαθεὶς κεραμικῆς ῥύμης ἄπο, Blayd. recte restituit ὕπο. — Ran. 762 νόμος τις ἐνθάδ' ἐστὶ κείμενος / ἀπὸ τῶν τεχνῶν cett. Meinekii coniectura περὶ admodum est probabilis: quae Kockius citat, huc non pertinent.

III. 1. Significat tempus, inde a quo quid fit vel est (cf. ἐκ III: 1): ὥστε τὸ λοιπόν γ' ἀπὸ τουδὶ / ἐν τῷ δήμῳ γνώμας οὐδεὶς νικήσει πλείονας ἢ σύ Nub. 431 n; ἀπὸ ποίου χρόνου Av. 920 cf. 1518; ἀφ' οὗ Fr. 97 n; ἀπ' ἀρχῆς Eq. 322 m, Ran. 1030 m; ἀπὸ τῶν πρώτων ἐπῶν Ran. 948 n. Notiones incipiendi cumulatae sunt Plut. 1113 ἀφ' οὗ γὰρ ἤρξατ' ἐξ ἀρχῆς βλέπειν / ὁ Πλοῦτος, οὐδεὶς — ἡμῖν ἔτι θύει τοῖς θεοῖς, 968 [1]).

2. Subinde tamen non per «inde a», sed per «statim post» reddendum est, si nullum adhuc tempus est elapsum: μή μοι σοβαρῶς χώρει λίαν / εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς ῥώμῃ πίσυνος Pac. 84 nt cf. Vesp. 1031 n; ὡς ἀπὸ μέσων νυκτῶν γε παρακαλοῦσ' ἀεί Vesp. 218; εὐθὺς ἀπὸ δορπηστοῦ Vesp. 103. Hic etiam sensus est loci Vesp. 100 τὸν ἀλεκτρυόνα δ' ὃς ἦδ' ἀφ' ἑσπέρας cett., ubi R. et V. habent ἀφ', Dindorfius secundum codices deteriores edidit ἐφ', errans haud dubie. Ἐπί enim saepissime cum genetivo coniungitur personarum (ἐπ' Εὐθυμένους ἄρχοντος, ἐπὶ τῶν προγόνων), vel rerum (ἐπὶ νεότητος, ἐπ' εἰρήνης), per quas tempus indicari potest (cf. ἐπί c. gen. III), sed nunquam fere cum genetivo vocabulorum, ipsum tempus significantium, velut χρόνος, ἑσπέρα, ἕως, ἡμέρα sim. Alterius usus, si ἀκμή et καιρός excipimus, perrara tantum exempla inveniuntur cf. Din. 2: 22 ἐπὶ τοῦ λοιποῦ χρόνου. Quare, si ἐφ' ἑσπέρας optimis codicibus traditum esset, fortasse posset retineri. Nunc vero non dubito, quin Vesp. 100 ἀφ' ἑσπέρας unice verum sit et miror, quod Krügerus in grammatica sua § 68: 40 : 4 eodem errore, quo Dindorfius, captus est.

---

[1]) Plut. 1173 ἀφ' οὗ γὰρ ὁ Πλοῦτος οὗτος (οὗτος om. R.) ἤρξατο βλέπειν, vide Dind.: „Versum spurium ex versu 968 huc illatum eiecit Ad. de „Velsen in Symbola Philologorum Bonnensium p. 420. In V. interpolatum „ἀφ' οὗ γὰρ βλέπειν (fort. ἀφ' οὗ γὰρ αὖ βλέπειν) ὁ Πλοῦτος ἤρξατο."

Retinendum est igitur ἀφ' ἑσπέρας et explicandum: «statim «post initium vesperae» = «occidente sole» = «vesperi», cf. μετά c. acc. II, ἐκ III: 2. Gallus gallinaceus per errorem solis occasum habet pro ortu.

Eandem vim temporalem etiam asciverunt formulae εὐθὺς ἀπὸ βαλβίδων Vesp. 548 n, ἀπο μιᾶς ὁσπλαγίδος Lys. 1000. Sed locutiones ἀπὸ δείπνου βαδίζειν Pac. 839, — ἀπιέναι Eccl. 627 n notionem localem praebent, non temporalem, ut male perhibetur a Papio, in lexico suo s. v. ἀπό. De tempore explicandum esset ἀπὸ δείπνου περιπατεῖν «post coenam ambulatum ire», vel si quid simile.

3. ΔΙΑ.

A. Cum genetivo.

I. 1. Designat motum, qui per spatium vel rem penetrat, et ex iis procedit, quae vis imprimis perspicua est in particulis Homericis διέκ, διαπρό cf. Kühner. II p. 416.

Saepissime transitus per foramen vel fossam hac praepositione significatur: Ach. 922 ἐσπέμψειεν ἐς τὸ νεώριον/ δί' ὑδρορρόας, Nub. 161 διὰ λεπτοῦ δ' ὄντος αὐτοῦ (= τοῦ ἐντέρου τῆς ἐμπίδος) τὴν πνοὴν/ βίᾳ βαδίζειν εὐθὺ τοὐρροπυγίου (structura apud Aristophanem rarior cf. Eq. 655 ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰσηγγελμέναις, 520, Nub. 654), Pac. 1232 διεὶς τὴν χεῖρα διὰ τῆς θαλαμιᾶς, Lys. 133 διὰ τοῦ πυρὸς ἐθέλω βαδίζειν, 136 κἄγωγε διὰ τοῦ πυρὸς βούλομαι sc. βαδίζειν: qualis ellipseos sub ἐς I: í b. alia exempla attuli.

Cum his componi possunt loci, ubi διά c. gen. pendet ex verbis videndi et audiendi: Plut. 714 διὰ τοῦ τριβωνίου sc. ἑώρων, Vesp. 318 m διὰ τῆς ὀπῆς/ ὑμῶν ὑπακούων (Cob. ἐπακούων, Herw. ὅπ' ἀκούων): sonus per foramen penetrat.

Vide porro: Ach. [1]) 1226 nt, Eq. 527 n, 1016 e; Nub. 161, 325 n, 373 n, Vesp. 126, 349 n, 379 n, Av. 182, 192, 215 n, 557 n, 1173, 1218, Ran. 244 m, Plut. 1036, Fr. 117 m, 391.

Rarissimi sunt loci, quibus notio διέκ, διαπρό non obtinet, velut Ran. 1360 m ἐλθέτω διὰ δόμων πανταχῆ. Huc ascribam Ran. 124, ἀτραπὸς — διὰ θυείας, quod tamen sensu figurato dictum est: Av. 211 n L νόμους..... οὓς διὰ θείου στόματος θρηνεῖς, 744 m δι' ἐμῆς γένυος ξουθῆς μελέων/ Πανὶ νόμους ἱεροὺς ἀναφαίνω, ubi vis primaria cum translata mixta est, sed Av. 220 n διὰ δ' ἀθανάτων στομάτων χωρεῖ — ὁλολυγή, solam notionem localem admittere satius videtur.

II. 1. Ad significationem localem proxime accedit formula translata διὰ χειρὸς ἔχειν Vesp. 597 «manu tenere, tueri, fovere», pro qua apud alios etiam διὰ χειρῶν ἔχειν occurrit. — Apud Papium s. v. διά, p. 570 legimus: «wie διὰ μάχης ἐλθεῖν τινι eigentlich «durch den Kampf «hindurch gehen» d. i. «kampfen» bedeutet, so dient διὰ «zunächtst bei ἰέναι und ähnliche Verben, dann auch mit «ἔχειν, εἶναι, besonders bei Dichtern und Spätern, zur «Bezeichnung des Beharrlichen, Ausdauerns und Test-«haltens eines Thuns oder Zustandes, und wird dann «eine Umschreibung für ein einfaches Verbum, mit dem «Nebenbegriff der Dauer, kann auch oft durch ein Adverbium gegeben werden»:

Ran. 1412 οὐ γὰρ δι' ἔχθρας οὐδετέρῳ γενήσομαι, Eccl. 888

---

[1]) Ach. 68 *καὶ δὴτ' ἐτρυχόμεσθα παρὰ Καΰστριον / πεδίον ὁδοιπλανοῦντες* Dind., *παρὰ* (sic R: *διὰ* ceteri) *Καϋστρίων πεδίων* libri. Locum depravatissimum alii aliter corrigunt. Ceteris felicior Blaydesius, olim *παρὰ Καΰστριον ποταμόν*, novissime *ἐτρυχόμεσθ' ἀνὰ τὸ Καΰστριον πεδίον* coniecit.

δι' ὄχλου τοῦτ' ἐστί (= ὀχληρόν ἐστι, molestum est) τοῖς θεωμένοις.

2. Ut διά, ubi vim localem habet, viam indicat, qua locum aliquem capessimus, sic translato sensu rem qua, vel etiam modum quo quid acquiritur vel contingit: sed hic usus apud nostrum perrarus est: Lys. 570 n διενεγκοῦσαι διὰ πρεσβειῶν τὸ μὲν ἐνταυθί, τὸ δ' ἐκεῖσε, Nub. 583 n T, Th. 127 m T. Eodem sensu multo frequentius est διά c. acc. cf. II: 1, 2.

Ubi cum genetivo personali coniungitur, persona est quasi instrumentum (ὑπό c. gen. usurpatur, si persona est auctor et suo Marte rem agit): Eq. 176 t οὔκ, ἀλλὰ διὰ σοῦ ταῦτα πάντα πέρναται, Av. 1028 ἔστιν γὰρ ἃ δι' ἐμοῦ πέπρακται Φαρνάκῃ sc. ὑπὸ τοῦ δήμου.

Ran. 61 σοὶ δι' αἰνιγμῶν ἐρῶ iam fere cernitur:

3. Vis modalis, quam exhibet formula adverbialis διὰ κενῆς (sc. πράξεως) ἄλλως Vesp. 929.

III. 1. Tempus indicat, per quod quid uno tenore fit, ita ut tempus actionem quasi ab utraque parte circumdare, vel actio quasi per tempus penetrare cogitetur: δι' ἡμέρας Nub 1053 n, Vesp. 485 n, Pac. 56, Ran. 260 m, Eccl. 63; = δι' ἡμέρας ὅλης Pac. 27; διὰ νυκτός Fr. 118; δι' ἐνιαυτοῦ Fr 476 n; δι' ἔτους Vesp. 1058 n; διὰ παντὸς — ἀεί Pac. 397 m, hic = «in perpetuum», «per omne tempus». Sed apud alios scriptores διὰ παντός subinde etiam significat παντελῶς «omni ex parte», velut Aesch. Prom. 283 τοὺς δὲ πόνους χρῄζω διὰ παντὸς ἀκοῦσαι. — διὰ πολλοῦ χρόνου Vesp. 1476.

2. Significat tempus, post quod aliquid fit: διὰ χρόνου Vesp. 1252, Pac. 570 n, 710, Lys. 904, Plut. 1055, ubique apud Aristophanem est = διὰ πολλοῦ χρόνου Plut. 1045 = «longo post tempore», (nusquam = «brevi tempore post»). Sic etiam, sed semel tantum, de eo, quod certo post

tempore redit vel repetitur: Plut. 584 n ἀεὶ δι' ἔτους πέμπτου, «sexto quoque anno», qualibus formulis adhiberi solent ordinalia. Plat. Leg. 384 E usurpat pluralem διὰ πέμπτων ἐτῶν, Herod. 3: 97, 4: 94 διὰ πεντετηρίδος.

B. Cum accusativo.

I. Vis localis, quae apud poetas raro, apud scriptores pedestres nunquam invenitur, cf. Kühner. II p. 418, occurrit **Av. 776 m** διὰ δ' αἰθέριον νέφος ἦλθε βοά, Lys. 855 ἀεὶ γὰρ ἡ γυνή σ' ἔχει διὰ στόμα, ubi persona pro nomine eius usurpatur. Accusativus soli versus necessitati tribuendus erit. Διὰ στόμα enim tragicorum est cf. Aesch. Sept. 51, 579, Eur. Or. 103: alibi invenimus ἀνὰ στόμα et imprimis διὰ στόματος, vid. Blayd. ad h. l.

II. 1. Ubi accusativum personae regit, volgo significat «per aliquem» (= «opera, sive beneficio sive culpa, alicuius»), rarius «propter aliquem.»

Priorem significationem habemus: Eq. 1255 ἀνὴρ γεγένησαι δι' ἐμέ, Plut. 470 δι' ἐμέ τε ζῶντας ὑμᾶς, Nub. 117 ἃ νῦν ὀφείλω διὰ σέ, Eq. 67, 736, Nub. 14, 804 m, 897 n, 916 n, 1453, 1477, Vesp. 282 m, Av. 493 n, 1546 T? 1728 n, 1754 m, Th. 414 T, Ran. 1051 n, Eccl. 167, Plut. 93, 130, 170, 174, 176, 594 n, 857. Integritas lectionis Nub. 916 n suspecta est propter proceleusmaticum διὰ σὲ δὲ φοιτᾶν οὐδεὶς ἐθέλει / τῶν μειρακίων, qui metro anapaestico respuitur, quare G. Hermannus proposuit διά σ' οὐ, vid. Kock. ad h. l. — Quandoque sola causa indicatur, («propter»): Ach. 537 τὸ ψήφισμα — τὸ διὰ τὰς λαικαστρίας, Eq. 266 n δι' ὑμᾶς τύπτομαι «propter vos

---

[1]) Nub. 1473 ἀλλ' ἐγὼ τοῦτ' ὤμην / διὰ τουτονὶ τὸν Δῖνον, ubi Dind.: „δία cod. Parisinus unus: accentu carent RV." Quamobrem notatu digna est Bentleii coniectura ἀλλ' ἐγὼ τάτ' ὤμην / Δία τουτονὶ τὸν Δῖνον.

vapulo», qui locus distinguendus est ab Eq. 67 ὁρᾶτε τὸν Ὕλαν δι' ἐμὲ μαστιγούμενον, «per me», «opera mea». Vide porro: Eq. 730, Nub. 340 n, Eccl. 972 m = 975 m. — Omnibus locis hisce Plut. 133 (bis), 143, 145, 160, 168, 171, 176, 178, 179, 181 de Pluto prorsus tanquam de argento sermo est, ita ut etiam sub 2) ascribi possint. Vis praepositionis modo ad «per», modo magis ad «propter» accedit, cf. Lys. 488 n ἵνα — μὴ πολεμοῖτε δι' αὐτό, 489 n διὰ τἀργύριον πολεμοῦμεν γάρ; «propter argentum».

2. Ubi cum accusativo rei coniungitur, quemadmodum sub 1) vidimus, modo significat «propter aliquid» (de causa mera, «aanleiding»), modo «per aliquid» (de causa efficiente, «werkende oorzaak»). Notio «propter» e. g. significatur: Ach. 8 φιλῶ τοὺς ἱππέας διὰ τοῦτο τοὔργον, Nub. 58 διὰ τί δῆτα κλαύσομαι. Notio «per» e. g. obtinet: Nub. 377 n δι' ἀνάγκην, Av. 706 n διὰ τὴν ἰσχὺν τὴν ἡμετέραν, Eccl. 603 n κἀκτήσατο γὰρ διὰ τοῦτο (peierando).

Vide porro: διὰ τοῦτο Nub. 354 n, 355 n, 1200, 1230 n, Pac. 411, Th. 166, 543 n, Plut. 700, 1015; δι' αὐτὸ — τοῦτο Eq. 180, Nub. 1038 n; διὰ τοῦτ' αὖτ' Eq. 780 n; διὰ ταῦτα Ach. 653 n, Nub. 856, Pac. 892, Av. 42, 486 n, 1351, Ran. 1065 n.

Eodem faciunt denique hi loci: Ach. 349, 378, 638 n, 641 n [1]), Eq. 535 n, Nub. 384 n, 406 n, 438 n, 1061 n, 1063 n, 1066 n, 1067 n, Vesp. 1393, 1464 m, Pac. 172 n, 323 n, Lys. 147, 592 n, 703 n, 936, Th. 19, 412, Ran. 1490 m, Eccl. 639 n, 741, 1156 n, Plut. 131, 147, 148, 534 n, Fr. 307. — De Vesp. 284 m a Dindorfio dubitatur, qui: «versus», ait, «ab interpolatore ut videtur, compo-

[1]) Ach. 917 ἔπειτα φαίνεις δῆτα καὶ Θρυαλλίδα Elmsl., δῆτα διὰ Θρυαλλίδας libri, vid. Bekker.

«situs, quum verba poetae excidissent». — Vesp. 558 n ὃς ἔμ' οὐδ' ἂν ζῶντ' ἥδειν, εἰ μὴ διὰ τὴν προτέραν ἀπόφυξιν, ellipsis notanda est post εἰ μή, cuius plura exempla affert Kühner. II p. 419. — Fr. 363 n καὶ κολλύραν τοῖσι περῶσιν διὰ τοῦ Μαραθῶνι τροπαίου Elmsl. Dind. Cob.; — τοὺν Μαραθῶνι τροπαῖον vulg., Bergk. fr. 407, Blayd. fr. 401, qui accusativum iure tuentur et περῶσιν mutant in γέρουσιν, sed cf. etiam ἐν I: 3. — Kühner. II p. 420 dicit: «Der Unterschied zwischen dem causalen διά c. gen. und «διά c. acc. ist gewissermassen wie zwischen «per» und «propter»: διά c. gen. bezeichnet die Wirksamkeit einer «Sache oder Person unmittelbarer und stärker, διά c. acc. «mittelbarer und darum schwächer». Quod fortasse valet in alios scriptores, at apud Aristophanem διά c. gen. hoc sensu fere deest, διά c. acc. utramque vim habet cf. II: 1, ubi etiam apparuit, apud accusativos personales saltem significationem «per» frequentiorem esse quam «propter». — Διά c. acc. rei saepe nihil differt ab ea potestate causali praepositionis ὑπό c. gen. rei, de qua sub ὑπό c. gen. II: 2 dicemus: e. g. δι' ἀνάγκην Nub. 377 n = ὑπ' ἀνάγκης Nub. 405 n.

4. ΚΑΤΑ.

Cum genetivo extat 26 locis, quorum 6 tantum vim translatam exhibent. Dissimilis ratio est accusativi. Hic enim 136 locis invenitur, 46 (47?) proprio, 90 (89?) translato sensu. De locis postremis longe plurimi, 76 (77?) significationes praebent arcte inter se cohaerentes modalem, distributivam, separativam.

A. Cum genetivo.

I. 1. In universum indicat motum de loco superiore in

inferiorem: Vesp. 355 n ἴεις σαυτὸν κατὰ τοῦ τείχους cf. Av. 20; Lys. 1258 m πολὺς (sc. ἀφρός) δ' ἁμᾶ καττοῖν σκελοῖν ἵετο. De discrimine inter κατά c. gen. et ἀπό cf. ἀπό I: 1 c.

2. Imprimis apud verba fundendi;

a. apud verba effundendi super aliquid, ita ut motus perpendicularis maneat post rem tactam: Eq. 1094/5 e εἶτα κατασπένδων κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀρυβάλλῳ/ ἀμβροσίαν κατὰ σοῦ, κατὰ τούτου δὲ σκοροδάλμην. Av. 464 n καταχεῖσθαι/ κατα χειρὸς ὕδωρ φερέτω ταχύ τις, ex quo loco apparet, ad formulam dicendi ὕδωρ κατὰ χειρός Vesp. 1216, Fr. 427 n mente supplendum esse καταχεῖσθαι. Porro καταχεῖν Vesp. 7, 713 n, πνεῖν Pac. 525, καταπνεῖν Lys. 552 n.

b. aqud verba diffundendi per locum aliquem, ita ut motus perpendicularis impediatur re tacta: Nub. 177 κατὰ τῆς τραπέζης καταπάσας λεπτὴν τέφραν, Av. 537 n. Quibus locis igitur servatus est usus praepositionis, quo significatur, res huc illuc dispersas esse per aliquem locum; quae significatio invenitur apud Hom. Od. i: 330 κόπρος κατὰ σπείους κέχυτο πολλή et apud scriptores posteriores retro usu teritur cf. Krebs. p. 130, vide e. g. Polyb. 1: 17: 10 κατιδόντες τοὺς πολεμίους ἐσκεδασμένους κατὰ τῆς χώρας.

3. Si motus perpendicularis altius etiam descendit sub superficiem loci:

a. cum notione movendi: Ran. 1514 n αὐτοὺς.... κατὰ γῆς ταχέως ἀποπέμψω, Plut. 238 [1]).

---

[1]) Th. 60 nt κατὰ τοῦ θριγκοῦ.... τουτὶ τὸ πέος χανεῦσαι, secundum scholiastam παρὰ προσδοκίαν dictum est pro κατὰ τοῦ πρωκτοῦ. A Blaydesio aliisque de integritate lectionis dubitatur. Suspectum saltem est in optimo codice Ravennate κατὰ recenti manu suppletum esse, neque intellego quae intercedat inter πρωκτόν et θριγκόν similitudo.

b. cum notione quietis: Nub. 188 ζητοῦσιν οὗτοι τὰ κατὰ γῆς, Ran. 1529 n T δαίμονες οἱ κατὰ γαίας.

4. De Pac. 241 ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν legimus apud Blaydesium: «Ellipsis notabilis. Reiskius supplet ἑέμενος (qui «ad confringenda crura tendit, prob. Richt.), melius Brunckius ἑστὼς vel βεβηκὼς i. e. qui pedibus firmiter insistit, «ut apud Tyrtaeum: ἀλλά τις εὖ διαβὰς μενέτω, ποσὶν «ἀμφοτέροισι/ στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδοῦσι δακών.» Quomodo alteram significationem habere possit non video, neque ullum aliud exemplum huius usus usquam invenire potui: quare, si alterutra harum explicationum probanda est, equidem Reiskio assentiri malim.

II. 1. Proprio sensu dicitur τοξεύειν κατά τινος «telo aliquem petere»: scopus primitus inferior cogitabatur. Usus proprius apud Aristophanem non extat, nisi forte eo loco, quem modo sub I: 4 laudavimus: sed vis translata cernitur, ubi quis tanquam scopus orationis petitur: Eq. 347 n εἴ που διαίδιον εἶπας εὖ κατὰ ξένου μετοίκου, 627 ἐρεῖδειν, 808 n τὴν ψῆφον ἰχνεύειν, Nub. 782 δίκην εἰσάγειν.

2. Papius, in lexico p. 1334 s. v. κατά dicit: «von «Plato an ist dieser Gebrauch auch auf nicht feindliche «Verhältnisse ausgedehnt, besonders beim Sprechen in «Beziehung auf, über, von.» Tum igitur oratio non habetur adversus aliquem sed super aliquo vel aliqua re. Haec vis (de, super, pertinens ad), nisi fallor, praepositioni vindicanda est duobus locis, nempe Eq. 660 τῇ δ' Ἀγροτέρᾳ κατὰ χιλιῶν παρήνεσα/ εὐχὴν ποιήσασθαι χιμάρων cf. porro Brunckius ad h. l. Alterum exemplum est Ran. 101 T ἢ φρένα μὲν οὐκ ἐθέλουσαν ὀμόσαι καθ' ἱερῶν.

H. l. igitur κατά coniunctum est cum genetivo sacrificii, iuxta quod quis deos testes sacramenti invocat: obtinet tamen notio localis, quoad manus iurantis cogitandae sunt

protensae in sacra. Alibi, velut apud oratores, κατά etiam genetivo additur personarum, quibus is, qui iusiurandum dat, exitium imprecatur (κατὰ τῶν παίδων καὶ τῆς γυναικός) (precatur scilicet, ut exitium descendat in eorum caput, si ipse peieraverit) vel cum genetivo ipsius exitii (κατ' ἐξωλείας).

B. Cum accusativo.

I. 1. Idem, quod supra de ἀνά diximus: «usurpatur de «motu, qui per acclive ad altiorem locum protenditur: vi «propria debilitata, etiam de motu per quamvis planitiem», dici potest de κατά, si pro «acclive» scribimus «declive» et «inferiorem» pro «altiorem»: Eq. 433 n ἀφήσω κατὰ κῦμ' ἐμαυτὸν οὔριον cf. Od. β: 429 ἡ δ' ἔθεεν κατὰ κῦμα διαπρήσσουσα κέλευθον, at nostro loco sensus figuratus est.

Notio status inferioris nondum evanuit Ran. 626 ἵνα σοὶ κατ' ὀφθαλμοὺς λέγῃ, sicut et nos dicimus «onder iemands oogen» cf. Kühner. II p. 412 «Bei den Historikern, nament- «lich Herodotus und Thucydides hat κατά c. acc. oft die «Bedeutung von «e regione», indem der gegenüberliegende «Ort eine niedrigere Stelle einzunehmen scheint», ubi praeter alios locos laudantur Xen. Hier. 1: 14 οὐδεὶς ἐθέλει τυράννου κατ' ὀφθαλμοὺς κατηγορεῖν, Soph. Ant. 760 κατ' ὄμματα, vide porro Krebs. p. 134, 135.

2. Cf. Herm. Epistola ad T. Spitznerum, Op. V. p. 44: «Porro, quod ab summo ad imum in aliqua re cernitur, «id per eam rem ubique dispersum videtur: eoque factum «est, ut κατά c. acc. *a*) si de motu diceretur, huc illuc «aliquid moveri significaret: *b*) sin de quieto statu, locum «incertum ac mutabilem cogitari iuberet: ut quum quis «κατ' οἶκον esse dicitur».

a. Pac. 827 πλανᾶσθαι κατὰ τὸν ἀέρα, Th. 402 πλανᾶσθαι κατὰ τὴν οἰκίαν, Lys. 558 n περιέρχεσθαι κατὰ τὴν ἀγοράν, Th. 1180 ὥσπερ ψύλλο κατὰ τὸ κώδιο, quo loco

verbum aliquod movendi animo obversatur; εἰλίσσειν Ran. 1313 m T; νομὸν ἔχειν Av. 238 m, 240 m; χοροῖς τέρπεσθαι, Th 993 m.

b. Pac. 832 εἶναι κατὰ τὸν ἀέρα. — εἶναι Eccl. 83, Fr. 343; μένειν, Eq. 1354, Pac. 88 nt; ἔχειν Ran. 793, Plut. 367. Vide porro: Ach. 942 m, Nub. 1003 n, Vesp. 361 n, Av. 698 n, Lys. 261 m, Th. 578, Ran. 626.

Volgo de loco incerto sermo est: κατὰ τὴν οἰκίαν Th. 402; κατ' οἰκίαν Ach. 942 m, Vesp. 1180, 1181; κατ' οἶκον Ach. 1173 t, Lys. 261 m; κατ' οἴκους Pac. 88 nt; κατὰ τὴν ἀγοράν Nub. 1003 n, Lys. 558 n; κατ' ἀγοράν Th. 578, Fr. 344; κατ' ἄστυ Av. 1014, κατὰ Σπάρταν Lys. 999. Vide porro Pac. 827, 832, Av. 238 m, 240 m, 698 n, Th. 993 m, 1180, Ran. 1313 m T, Eccl. 83. Usurpatum hoc sensu κατά nihil differre videtur ab ἐν: Ach. 195 κατὰ γῆν τε καὶ θαλάτταν, 202, 250 τὰ κατ' ἀγροὺς Διονύσια, Fr. 344 τὰ κατ' ἀγορὰν πράγματα, Th. 1173 ἅ σοι καθ' ὁδὸν ἔφραζον, quod aliqua ex parte vim temporalem asciscit, cf. III; Eccl. 693 n αἱ δὲ γυναῖκες κατὰ τὰς διόδους/ προσπίπτουσαι τοῖς ἀπὸ δείπνου. Secundum Scholiastam δίοδος idem est atque ὁδός: sin significat «bivium», exemplum hoc sequentibus adnumerandum est, quibus locus accuratius indicatur:

κατὰ χώραν μένειν Eq. 1354; κατὰ χώραν ἔχειν Ran. 793, Plut. 367; κατὰ τὰς διόδους σκοπιωρεῖσθαι Vesp. 361 n; κατ' αὐτὴν τὴν εἴσοδον εἶναι Fr. 343.

Attamen nunquam per hanc praepositionem locus tam accurate designari potest, quam per παρά c. acc., πρός c. dat., c. acc., ἐπί c. gen. et imprimis c. dat., vide e. g. Eccl. 1107 θάψαί μ' ἐπ' αὐτῷ τῷ στόματι τῆς ἐσβολῆς. Discrimen idem est atque inter nostras dictiones «op de hoogte van» et «vlak bij (naast)». Subinde cum κατά c. acc. fere congruit περί c. acc., cf. περί c. acc. I: 3.

3. Contra de directione certa ac definita sermo est:

a. ubi motus recta via dirigitur versus aliquid: Th. 1226 τρέχε νυν κατὰ τοὺς κόρακας (praeterquam hoc loco semper ἐς cf. ἐς I: 2 s. f.), Ran. 220 m χωρεῖ κατ' ἐμὸν τέμενος λαῶν ὄχλος. Cf. etiam Pac. 1050 κατὰ τὴν κνῖσαν εἰσελήλυθεν, Ach. 1019 = Nub. 1263, κατὰ σεαυτὸν νυν τρέπου, Vesp. 1493 n κατὰ σαυτὸν ὅρα. — Av. 1178 περιπόλους.... πέμψαι κατ' αὐτόν significat κατ' ἴχνη αὐτοῦ, cf. b.

b. ubi coniungitur cum accusativo ipsius viae, quam motus sequitur: Th. 783 nt βάσκετ' ἐπείγετε πάσας καθ' ὁδούς.

Huc faciunt imprimis ii loci, ubi motus dirigitur per portam, fenestram, fossam, canalem cett.: Nub. 158 τὰς ἐμπίδας/ κατὰ τὸ στόμ' ᾄδειν ἢ κατὰ τοὐρροπύγιον, Vesp. 141 ἀλλ' ἄθρει,/ κατὰ τῆς πυέλου τὸ τρῆμ', ὅπως μὴ 'κδύσεται, cf. 398 n, Av. 1208, 1210.

II. Ex I: 3*a* oritur:

1. Usus, quo indicatur, actionem aliquam dirigi versus aliquid, tanquam finem suum. Cf. ἐπί c. acc. 5, e. g. ἥκειν ἐπί τι (et ἐπί c. dat. II: 5, e. g. ἥκειν ἐπὶ πράγματί τινι). Sed ἥκειν ἐπί τι saepe etiam usurpatur de re, quae petitur (ut ἥκειν ἐπί τινα de persona, quae arcessitur), quem sensum ἥκειν κατά τι nunquam praebet: Pac. 192 Herm. ἥκεις δὲ κατὰ τί; Tryg. τὰ κρέα ταυτί σοι φέρων, Eccl. 543 αἱ δὲ δὴ Λακωνικαὶ/ ᾤχοντο μετὰ σοῦ κατὰ τί χἠ βακτηρία, Ran 1162 δίδαξον γάρ με καθ' ὅτι δὴ λέγεις, Nub. 239, Av. 916. Κατά hac vi praeditum causale nominari potest, prout finis simul actionis causa est. Contra locis hisce mera causa designatur (etiam ἕνεκα has duas significationes habet, compone Eccl. 559 cum Plut. 177: vis causalis saepius inest in praepositionibus ἀντί cf. 5, διά c. acc. cf. II: 1, 2, ὑπό c. gen. cf. II: 2): Eccl. 559 Prax. νὴ τὴν Ἀφροδίτην, μακαρία γὰρ ἡ πόλις/ ἔσται τὸ

λοιπόν. Blep. κατὰ τί; Prax. πολλῶν οὕνεκα. 604 n Prax. ἀλλ' οὐδέν τοι χρήσιμον ἔσται πάντως αὐτῷ. Blep. κατὰ δὴ τί; Pac. 133 ἦλθεν κατ' ἔχθραν ἀετοῦ πάλαι ποτέ. Quibus cum locis componi potest usus perrarus praepositionis περί c. gen. apud verba pugnandi, ubi non id, de quo pugnatur, indicat (finis = causa), ut in περὶ πατρίδος μάχεσθαι, sed causam internam, ut in περὶ ἔριδος μάχεσθαι Il. H: 301. Hic usus causalis saepius occurrit apud Herodotum, Thucydidem, Platonem, imprimis κατὰ τοῦτο = «propterea» apud Herodotum, vide locos laudatos a Papio p. 1336, etiam apud scriptores posteriores cf. Krebs. p. 139.

2. Semel κατά cum accusativo suo pro attributo substantivi est significans «attinens ad»: Eccl. 557 τὰ κατὰ πόλιν πράγματα, quod distinguendum est ab loco supra, I: 2b, memorato Fr. 344 τὰ κατ' ἀγορὰν πράγματα, ubi sola notio localis adest.

Versio per «quod attinet ad» apta est: **Vesp. 1062 m** καὶ κατ' αὐτὸ δὴ μόνον τοῦτ' ἄνδρες ἀνδρικώτατοι. Attamen non reticendum est, integritatem loci Aristophanis non omni ex parte certam esse, vid. Dind. scribentem: «καὶ «κατ' αὐτὸ (δὴ addunt libri deteriores) τοῦτο μόνον ἄνδρες «μαχιμώτατοι libri. Recepi Bentleii coniecturam, etsi in- «certam. Nam nihil praeter καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο, et fortasse «ne hoc quidem, scriptum ab Aristophane, reliqua gram- «matici lacunam explentis additamentum esse videntur».

3. Cf. Herm. o. c. p. 45: «Denique quoniam κατὰ «per» est, si id, cui addita est praepositio, ipsum movetur, «ut κατὰ ῥόον, communis is motus est etiam ei rei, quae «per illud versatur. Sic nata est illa significatio, quae «est «secundum», quae translata ad ea, quae aliquam «similitudinem habeant, ut κατ' αἶσαν cett patuit latissime».

Iam primum huc pertinet Av. 564 n ὃς (ὄρνις) ἂν ἁρμόζῃ καθ' ἕκαστον (θεόν). Designatur igitur convenientia:

Nub. 534 n νῦν οὖν Ἠλέκτραν κατ' ἐκείνην ἦδ' ἡ κωμῳδία / ζητοῦσ' ἦλθ', 971 n, Vesp. 531 m, Av. 807, 910 m L = 914 m L, Th. 134, Ran. 463, 500, Eccl. 920 m, Fr. 300 b. — Imprimis cum νόμος: Av. 1050, Eccl. 216, 759, 944 m, 987, 988, 1077 et ψήφισμα Eccl. 1013, 1089. Vide porro Ach. 1000, Pac. 1088 c, Av. 919, 1050, Plut. 523 n. — κατὰ νοῦν cum πράττειν Eq. 499 n T, 549 n T, Pac. 762 n, cum χωρεῖν Pac. 940 m.

Av. 1001 ἀήρ ἐστι .... κατὰ πνιγέα μάλιστα, Eq. 147 ἀλλ' ὁδὶ προσέρχεται / ὥσπερ κατὰ θεῖον (Cob. θεὸν) εἰς ἀγοράν cf. Av. 544 m, Eccl. 114. — Ran. 109 ἀλλ' ὥνπερ ἕνεκα τήνδε τὴν σκευὴν ἔχων, / ἦλθον κατὰ σὴν μίμησιν, satis mirum pro κατὰ σέ of σὲ μιμούμενος. — Av. 451 m δολερὸν μὲν ἀεὶ κατὰ πάντα δὴ τρόπον / πέφυκεν ἄνθρωπος. — Plut. 912 εὐεργετεῖν .... καθ' ὅσον ἂν σθένω = κατὰ δύναμιν, Eccl. 153 νῦν δ' οὐκ ἐάσω κατά γε τὴν ἐμήν, sc. γνώμην. Sententia huius loci quodammodo diversa est: non significat «secundum meam sententiam» sed «quantum quidem mea sententia valuerit». Attamen etiam hoc loco duae notiones pares adsunt. Vide porro Nub. 619 n, 626 n, 651 (bis), 652, 663, Eccl. 688 n.

Omnes loci adhuc laudati κατά vi modali praeditum exhibent: idem dici potest de his formulis adverbialibus: κατ' ἰσχύν Ach. 591 (cf. Aesch. Prom. 212 et Eur. fr. 1035, 4), κατὰ τὸ καρτερόν Ach. 622, κατὰ καιρόν Pac. 941 m, καθ' ἡσυχίαν Lys. 1224, κατὰ τὸ φανερόν Th. 525 m, κατὰ σχολήν Eccl. 48. — Eq. 1370 οὐδεὶς κατὰ σπουδὰς μετεγγραφήσεται «studiis fautorum», distinguendum est a κατὰ σπουδήν (quod apud Aristophanem non extat) = διὰ σπουδῆς = σὺν σπουδῇ = σπουδῇ. — Vesp. 772 e libris editur a Dindorfio: πάντως δὲ κἀκεῖ ταῦτ' ἔδρας ἑκάστοτε, / καὶ ταῦτα μέν νυν εὐλόγως, ἢν ἐξέχῃ / εἴλη κατ' ὄρθρον, ἡλιάσει πρὸς ἥλιον, ubi Schol. γρ. καὶ κατ' ὀρθὸν ἐν πολλοῖς. Κατ'

ὀρθὸν esset = κατ' ἀλήθειαν, sed κατ' ὄρθρον haud dubie praeferendum est.

4. Ex 3) oritur significatio distributiva, cf. Av. 996 διελεῖν — κατὰ γύας, dividere in partes, quarum quaeque iugero similis est, ut nos dicimus «volgens bunders.»

Ad tempus spectant καθ' ἡμέραν Eq. 1101, 1126 m, κατὰ μῆνα Nub. 756, Plut. 596 n, cf. Nub. 1287 (bis). — Vide porro: Vesp. 669 n κᾆθ' οὗτοι μὲν δωροδοκοῦσιν κατὰ πεντήκοντα τάλαντα,/ ἀπὸ τῶν πόλεων, cf. 716 n, 718 n. — Th. 811 n οὐδ' ἂν κλέψασα γυνὴ .... κατὰ πεντήκοντα τάλαντα .... τῶν δημοσίων «neque femina, quae ex pu«blica pecunia quinquagena talenta furari consueverit», vide Schol. καὶ οὐκ εἶπεν (οὕτως ἁπλῶς ins. Schneid.) πεντήκοντα, ἀλλὰ κατὰ πεντήκοντα, τὸ συνεχὲς ἐκφαίνων. — Vesp. 1107 n ξυλλεγέντες γὰρ καθ' ἑσμούς, cf. Fr. 45 n. — Av. 1079 n τοὺς σπίνους πωλεῖ καθ' ἑπτὰ τοὐβολοῦ. — Ran. 802 κατ' ἔπος βασανιεῖν φησι τὰς τραγῳδίας, cf. 1198, 1407. — Eccl. 837 additur ἕκαστος: ὅπως ἂν ὑμῖν ἡ τύχη κληρουμένοις/ φράσῃ καθ' ἕκαστον ἄνδρ' ὅπου δειπνήσετε. — Denique Vesp. 702 n καὶ τοῦτ' ἐρίῳ σοι/ ἐνστάζουσιν κατὰ μικρὸν ἀεί, cf. Nub. 744.

5. Cum dictis sub 4) arcte cohaeret vis separativa, quae quinquies apparet: accusativus, quem κατά regit, ubique pronominis reflexivi est: Eq. 506 n ὦ παντοίας ἥδη μούσης πειραθέντες καθ' ἑαυτούς, Vesp. 786 ὁτιὴ κατ' ἐμαυτὸν κοὐ μεθ' ἑτέρου λήψομαι, Eq. 513 n, Vesp. 1021 n. Pronomen reflexivum pronomine αὐτός auctum invenimus Nub. 194 αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἀστρονομεῖν διδάσκεται.

III. Ut κατά locum incertum indicat, sic etiam translatum ad tempus, non spectat certum ac definitum tempus, sed spatium aliquod temporis, per quod quid factum est. Quae tamen significatio temporalis apud Aristophanem perrara est: Fr. 470 m T κατὰ νύκτα. Fortasse huc

etiam facit Eccl. 288 n ἐνδυόμεναι κατὰ σκότον τόλμημα τηλικοῦτον (cf. Xen. Cyr. 3 : 3 : 25 κατα φῶς, opp. νύκτωρ), nisi forte cum Scholiasta κατὰ σκότον explicandum est per λάθρᾳ. Tum enim accipiendum est de modo et referendum ad locutiones adverbiales κατὰ τὸ φανερόν cett. cf. II: 3. — Ibidem diximus de Vesp. 772.

5. ΥΠΟ.

A. Cum genetivo.

I. 1. Semel de eo, qui sub aliqua re prorepere conatur: Vesp. 206 ὑποδυόμενος — ὑπὸ τῶν κεραμίδων ἡλιαστὴς ὀροφίας.

2. Bis cum notione quietis, = sub: Lys. 985 κἄπειτα δόρυ δῆθ' ὑπὸ μάλης ἥκεις ἔχων; Av. 1070 m ἑρπετά τε καὶ δάκετα πάνθ' ὅσαπερ / ἔστιν ὑπ' ἐμᾶς πτέρυγος ἐκ φοναῖς ὄλλυται, ubi Dind. «φάρυγος Mein. Nullus hic alis locus, «sive ὑπ' retineatur, sive cum Kockio in ἐπ' mutetur». Si coniectura Meinekii vera est, pertinet hic locus ad II: 1.

3. Usui locali affinis est is, ex quo adhibetur ὑπό c. gen. «bei Objecten, unter deren Zuthun etwas geschieht», Krüger. § 68 : 43 : 1: Ach. 1001 τοὺς χόας / πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος, 970 L εἴσειμ' ὑπαὶ πτερύγων κιχλᾶν καὶ κοψίχων, Av. 1426 L ὑπὸ (lege ὑπαὶ cf. § 4 : 8*d*) πτερύγων τί προσκαλεῖ σοφώτερον; Th. 281 ὅσον τὸ χρῆμ' ἀνέρχεθ' ὑπὸ τῆς λιγνύος «sub s. prosequente taedarum fumo», ubi coniectura Reiskii ἀνέρχεται τῆς λιγνύος nihil opus est, cf. Blayd. ad h. l. [1]).

II. 1. Saepissime ὑπό τινος pendet ex verbis passivis

---

[1]) Th. 1030 m T οὐ χοροῖσιν οὐδ' / ὑφ' ἡλίκων νεανίδων / κημὸν υ—ἔστηκ' ἔχουσ'. Locus corruptus, vide Blayd.

vel intransitivis, ubi persona indicanda est a qua, vel res, qua quid efficitur. Quod attinet ad passiva haec structura tam frequens est apud omnes scriptores, ut locos enumerare sufficiat: Ach. 18, 114, 164, 216 m, 630 n, 678 n, 680 n, 700 m, 707 n, 824, 925, 1193 mt, Eq. 57, 70, 257 n, 273 n, 352 n, 731, 1103, 1169, 1230, Nub. 13, 170, 213, 240, 524 n, 624 n, 640, 725, 947 n, 997 n, 1341, Vesp 319 m, 439 n, 517 n, 699 n, Pac. 380 e, 449, Av. 285 n, 338 n, 355 n, 456 m, 1086 n, 1299, 1382, 1447, 1492 m, Lys. 26, 324 m, 325 m, 423, 655 m, 730, 871, 897, 1008, Th. 491, 493, Ran. 29, 921 n, 1214, Eccl. 1055, Fr. 116 m.

Th. 386 προπηλακιζομένας ὁρῶσ' ἡμᾶς ὑπὸ/ Εὐριπίδου unicus locus est, ubi trimeter iambicus praepositione clauditur sine anastropha. — Plut. 1083 διεσπλεκωμένῃ/ ὑπὸ μυρίων ἐτῶν τε καὶ τρισχιλίων, ubi ὑπό a Kustero perperam mutatur in ἀπό, vide Blayd. ad h. l.: «Ludit autem «comicus in ambiguo sensu nominis ἐτῶν, quod vel anno«rum significare potest vel amicorum. Quare non debet «in suspicionem vocari ὑπό. Schol. δέον εἰπεῖν ἀνδρῶν «ἐτῶν εἶπε σκώπτων αὐτὴν ὡς γραῦν, Hesych: ἔται. ἑταῖροι, «συνήθεις, — φίλοι».

Porro pendet ὑπό τινος ex his intransitivis: ἀκούειν Eq. 820 n, Nub. 528 n, Th. 386, 1162; ἀπόλλυσθαι Eq. 139, Nub. 498, Eccl. 1079; γίγνεσθαι Eq. 630; δίκην δοῦναι Th. 543 n; εὐδαιμονεῖν Eq. 1163 et imprimis πάσχειν Ach. 168, 377, Lys. 1041 n, 1145 T?, 1146 T?, Eccl. 1106, Plut. 1029.

Subinde vis praepositionis ὑπό c. gen. pendentis ex intransitivis transit fere in eam, quam sub 2) commemorabimus, velut: Eq. 515 n φησὶ γὰρ ἀνὴρ/ οὐχ ὑπ' ἀνοίας τοῦτο πεπονθὼς διατρίβειν, Pac. 483 ὑπὸ τοῦ γε λιμοῦ νὴ Δί' ἐξολωλότες cf. Plut. 1174; Lys. 760 ἐγὼ δ'

ὑπὸ τῶν γλαυκῶν γε τάλαιν' ἀπόλλυμαι, Plut. 1034 ὑπὸ τοῦ γαρ ἄλγους κατατέτηκ', ὦ φίλτατε.

Ὑπό volgo genetivum personae regit, subinde etiam animalis, rei concretae, rei abstractae: Ach. 18 ἐδήχθην ὑπὸ κονίας τὰς ὀφρῦς, 925 σελαγοῖντ' ἂν ὑπὸ τίφης τε καὶ θρυαλλίδος, Nub. 947 n, κεντούμενος ὥσπερ ὑπ' ἀνθρηνῶν / ὑπὸ τῶν γνωμῶν ἀπολεῖται, Ach. 1193 mt, Eq. 273 n, 515 n, Nub. 13, 170, 240, 725, Av. 456 m, 1086 n, 1447, Lys. 324 m, 730, 760, 897, 1146, Ran. 1214, Plut. 1083.

2. Porro ὑπό in universum indicat causam sive externam sive internam (cf. ἀντί 5, διά c. acc. II: 1, 2, κατά c. acc. II: 1). Discrimen inter 1) et 2) imprimis elucet ex comparatione loci Lys. 730 ἔρια — ὑπὸ τῶν σέων κατακαπτόμενα (qui pertinet ad 1) cum Eq. 1308 n ὑπὸ τερηδόνων σαπεῖσα, qui huc facit: priore loco Belgice vertendum est per «door», altero per «van». — Vesp. 1084 n ὑπὸ δὲ τῶν τοξευμάτων οὐκ ἦν ἰδεῖν τὸν οὐρανόν, Av. 296 n οὐκ ἰδεῖν ἔτ' ἔσθ' ὑπ' αὐτῶν πετομένων τὴν εἴσοδον, Lys. 3 οὐδ' ἂν διελθεῖν ἦν ἂν ὑπὸ τῶν τυμπάνων, Av. 1129 ὥστ' ἂν ἐπάνω μὲν — ὑπὸ τοῦ πλάτους ἂν παρελασαίτην, Vesp. 94, 1045 n.

Frequentissimae sunt formulae ὑφ' ἡδονῆς, ὑπ' ὀργῆς cett., quae hic secuntur: ὑπὸ τοῦ δέους Ach. 350, 581 (— τῶν ὅπλων), Eq. 231, Pac. 933, Av. 87, Eccl. 1062, Plut. 693; ὑφ' ἡδονῆς Vesp. 272 m, Pac. 324 n, Plut. 289; ὑπὸ τῆς ἡδονῆς Av. 1284, Plut. 753; ὑπὸ φιληδίας Plut. 307 n, 311 n; ὑπ' ὀργῆς Vesp. 1083 n, Pac. 613 n, Ran. 855, Plut. 739, Lys. 1023 n (— πονηρᾶς); ὑπὸ τῆς ὀργῆς Lys. 505 n; ὑπὸ μίσους Lys. 792 m, 813 m; ὑπὸ γήρως Ach. 689 n; ὑπ' ἀνάγκης Nub. 405 n; ὑπὸ τῆς φειδωλίας Nub. 835; ὑπὸ τῆς πενίας Plut. 1005. Cf. porro [1]) Eq. 719,

[1]) Ach. 615 ὑπ' ἐράνου Bentl., ὑπὲρ ἐράνου libri: dittographia manifesta.

803 n, 804 n, Nub. 164, 407 n, 855, Vesp. 106, 1487 nt, Pac. 25, Av. 104, 475 n, 577 n, 735 n, 1300, Lys. [1]) 328 m, 508 n, 988, Ran. 348 m, 816 mt, 919 n, 940 n, 1088 n, 1280, Plut. 538 n, 818, Fr. 718. — Articulus volgo omittitur: quod tamen saepius, quam in prosa additur, subinde fit propter metrum. Aut enim neutra syllaba praepositionis ὑπό ictum habet (ut saepe in anapaestis), aut prior: altera quater tantum in toto Aristophane, nempe Vesp. 1487 nt, Av. 1300, Lys. 1145 T? Th. 386 n. Av. 1299 non ὑπὸ στυφοκόπου sed ὑπ' ὀρτυγοκόπου vera lectio est, vid. Dind. ibid.; Av. 1426 L pro ὑπὸ legendum est ὑπαὶ, cf. § 4: 8 d.; de Lys. 270 n modo diximus. Apud tragicos res aliter se habet. Apud Aeschylum saltem, de locis 40, ubi plena forma ὑπό (sine elisione) occurrit, 4 vel 5 ὑπό praebent cum ictu in neutra, 4 vel 5 in priore syllaba: omnibus ceteris locis ictum in altera syllaba invenies.

Manifestum documentum, ictum in posteriore syllaba ab Aristophane vitari, extat e. g. Plut. 1005 πρὸ τοῦ δ' ὑπὸ τῆς πενίας ἅπαντ' ἐπήσθιεν. Tribracheos ὑπὸ πε — syllaba secunda — πο ictum haberet (∪ύ∪) cf. Plat. Soph. 251 C ὑπὸ πενίας. Inde etiam factum, ut ubique (septies) ὑπὸ τοῦ δέους invenias, nusquam ὑπὸ δέους, ut e. g. Herod. 1: 85. Ὑπὸ τοῦ δέους enim semper initium est trimetri iambici, quo loco ὑπὸ δέους non adhiberi poterat, cum quia ictus in syllaba posteriore vitatur, tum quia pes secundus neque dactylum, neque spondeum admittit.

3. Ab omnibus locis adhuc laudatis differre videtur Pac. 415 καὶ τοῦ κύκλου παρέτρωγον ὑφ' ἁμαρτωλίας (ut recte legitur a Bentleio pro ὑφ' ἁρματωλίας, vide Blayd.

---

[1]) Lys. 270 n ἐμπρήσωμεν αὐτόχειρες | πάσας ὑπὸ ψήφου μιᾶς Meinekius, ut videtur, ὑπὸ recte mutavit in ἀπὸ; vid. etiam Blayd. ad h. l.

qui copiose agit de hoc loco). Ibi enim ὑπό non causam, ut locis sub 2) ascriptis, sed modum indicat: asciscit igitur prorsus vim modalem, qui usus, nisi fallor, etiam apud alios scriptores perrarus est cf. Thuc. 3: 33 ὑπὸ σπουδῆς ἐποιεῖτο τὴν δίωξιν. Comparari potest usus localis, de quo diximus 1: 3.

B. Cum dativo.

Tantum vi locali praeditum extat, indicans, sub quo quis vel quid versetur: Av. 615 n ἀλλ' ὑπὸ θάμνοις καὶ πρινιδίοις/ οἰκήσουσιν, Nub. 1005 n ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξει. — Vesp. 386 n θεῖναί μ' ὑπὸ τοῖσι δρυφάκτοις intellegenda est quies, quae motum sequitur, cf. porro Vesp. 108, Av. 1608, Th. 529 m, 562 n, Fr. 145. Quodammodo immutata significatio invenitur Eccl. 87 καταλαβεῖν ἕδρας/ ὑπὸ τῷ λίθῳ τῶν πρυτάνεων καταντικρύ, ubi ὑπό vicinitatem indicat, ita tamen ut notio status inferioris servetur.

C. Cum accusativo.

I. Indicat motum, qui sub aliquid protenditur: Nub. 192 οὗτοι δ' ἐρεβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν Τάρταρον, Lys. 428 ὑποβαλόντες τοὺς μοχλοὺς ὑπὸ τὰς πυλάς, Nub. 1300, Pac. 199, Th. 133, Plut. 735. Aliquam difficultatem habet Th. 500 ὡς ἡ γυνὴ δεικνῦσα τἀνδρὶ τοὔγκυκλον/ ὑπ' ὄρθρον οἷόν ἐστιν. Libri praebent ὑπ' αὐγὰς, quod metro respuitur. Maxime probabilis esset Bentleii coniectura ὑπαυγὲς, si hoc adiectivum, quod tantum apud sequiores occurrit, recipere liceret. Nunc praeferenda videtur coniectura ὑπ' ὄρθρον Dindorfii, laudantis Timaeum Lex. Plat. p. 264 ὑπ' αὐγάς: ὑπὸ τὸν ὄρθρον, ἢ ὑπὸ τὸν πεφωτισμένον ἀέρα. Haud dubie sensus «ad lucem expansum» requiritur. Librarius, qui hoc sentiebat, sed ὑπ' ὄρθρον tantum «matutino tempore» significare posse putabat, frequentioren formulam ὑπ' αὐγὰς pro illa substituere potuit; vid. porro Blayd. ad h. l.

II. Cum III componi potest usus translatus, ex quo dicitur cf. Kühn. II p. 454 «von einer ungefähren Bestim-«mung des Masses in den Attischen ὑπό τι, aliquatenus, «einigermassen»: Vesp. 1290 m ὑπό τι μικρὸν ἐπιθήκισα.

III. Designat tempus, sub quod quid factum est, tempus proxime praecedens, cf. πρός c. acc. III; περί c. acc. (cf. III) etiam comprehendit tempus proxime sequens: Ach. 139 ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον,/ ὅτε, 1076 ὑπὸ τοὺς Χόας γὰρ καὶ Χύτρους. Feriae nondum coeptae sunt: sin minus, ὑπὸ esset = per.

6. ΠΕΡΙ.

A. Cum genetivo.

Significatio localis perrara est, etiam apud Homerum aliosque poetas: nam in μάχεσθαι περὶ νεκροῦ et similibus vis translata cum locali iam mixta est, in μάχεσθαι περὶ πάτρης illa sola cernitur, cf. Kühner. II p. 426, Krüger. § 68: 31: 1. Praeferendum est igitur apud Aristophanem, in locis quoque quales sunt Ach. 25 ὠστιοῦνται πῶς δοκεῖς/ ἐλθόντες ἀλλήλοισι περὶ πρώτου ξύλου, Eq. 767, Vesp. 191 (bis), admittere solam significationem translatam. Ubi haec occurrit, περί coniungitur cum genetivo personae vel rei, circa quam alicuius actio, sermo, cogitatio, affectio versatur. Incipiamus ab illis verbis, quibus adiuncta praepositio, quoad non dictis sed factis certatur, notioni locali proxime accedit.

1. Verba pugnandi: ἀντιλογεῖν Vesp. 546 n; διαγωνίζεσθαι Ran. 793; διαξιφίζεσθαι Eq. 781 n; διαφέρεσθαι Lys. 1172; λοιδορεῖσθαι Nub. 62; μάχεσθαι Eq. 767 n, 1038 e, Vesp. 191 (bis), 593 n, 667 n, Eccl. 621 n, 622 n, Plut. 1076; ξυσπουδάζειν Pac. 768 n; πολεμεῖν Av. 1639; ὠστίζεσθαι Ach. 25.

Eq. 339 n occurrit διαμάχεσθαι: ἀλλ' αὐτὸ περὶ τοῦ πρότερος εἰπεῖν πρῶτα διαμαχοῦμαι. Hunc versum in R. hoc loco, in aliis codicibus post 336 lectum, eiecit Dindorfius, vide Kock. ad h. l. Assentiri equidem malim Engero et Helbigio, qui demonstrarunt, maximam partem huius episodii antistrophica ratione compositam esse, ita ut vss. 335—366 respondeant vss. 409—440 cf. Kock. p. 190 not. Sed αὐτό videtur corruptum.

His adiciam, quoniam sponsio cett. notionem certaminis continent, περιδόσθαι: Ach. 772 περὶ—ἁλῶν, Eq. 791 n περὶ τῆς κεφαλῆς. — κινδυνεύειν: Plut. 524 n περὶ τῆς ψυχῆς τῆς αὑτοῦ. — κυβεύειν: Eccl. 672 n.

Tum haec substantiva eiusdem generis cum περί coniunguntur: ἀγών Nub. 956 m, Vesp. 534 m; δρόμος Vesp. 375 m; πόλεμος Fr. 238 (bis); ναυμαχία Ran. 191 δοῦλον οὐκ ἄγω,/ εἰ μὴ νεναυμάχηκε τὴν περὶ τῶν κρεῶν sc. ναυμαχίαν.

Denique his addimus locutionem, quae Eq. 87 invenitur, περὶ ποτοῦ γοῦν ἔστι σοι, ubi mente supplendum est ἡ σπουδή sive ὁ ἀγών: «ergone studium atque operam in occupandum potum confers?», «ergone de potu tibi agitur?» Pugna vulgo pertinet ad defensionem rei (possessionis) vel personae, ut Eq. 781 n ὃς Μήδοισι διεξιφίσω περὶ τῆς χώρας Μαραθῶνι, 767 n εἰ δέ σε μισῶ καὶ μὴ περὶ σοῦ μάχομαι μόνος ἀντιβεβηκώς. — Vesp. 534 m, 546 n altercatio non orta est de quaestione, uter regnum possidere debeat, sed utrum regnum revera existat necne, cf. 546 n ἀλλ' ὦ περὶ τῆς πάσης μέλλων βασιλείας ἀντιλογήσειν/ τῆς ἡμετέρας, quamquam Philocleonis eiusque amicorum quae fertur possessio, cum hac altera quaestione arcte cohaeret, ita ut pro suo illorumque regno pugnare dici possit, quod imprimis apparet ex 534 m ὁρᾷς γὰρ ὡς/ σοὶ μέγας ἐστὶν ἀγὼν/ καὶ περὶ τῶν ἁπάντων (mirum

est quod sequitur εἴπερ, ὃ μὴ γένοιθ', οὗτός σ' ἐθέλει κρατῆσαι — ubi ἐθέλει κρατῆσαι volgo explicatur per κρατήσει — nam post τὸ κρατῆσαι de certaminibus amplius sermo esse nequit). — Nub. 62 iurgium obortum est de nomine imponendo περὶ τοὐνόματος δὴ 'ντεῦθεν ἑλοιδορούμεθα. — Genus quoddam breviloquentiae etiam observandum est Nub. 956 m ἧς (= σοφίας) πέρι τοῖς ἐμοῖς φίλοις ἐστὶν ἀγὼν μέγιστος, Ran. 793 περὶ τῆς τέχνης! διαγωνιεῖσθ' ἔφασκε πρός γ' Εὐριπίδην. Agitur enim de possessione non sapientiae (artis), sed principatus sapientiae (artis).

Περί apud verba pugnandi vertenda est per «pro», «de», «ob s. propter», prout primo loco posita est notio defensionis (pro, «voor») vide locos supra ascriptos Eq. 767 n, 781 n; notio iurgii vel rixae (de «over») cf. Ach. 25 ὡστιοῦνται πῶς δοκεῖς/ ἐλθόντες ἀλλήλοιαι περὶ πρώτου ξύλου: mera causa (ob s. propter, «naar aanleiding van») cf. Av. 1639 ἡμεῖς περὶ γυναικὸς μιᾶς πολεμήσομεν;

2. Verba concionandi, mittendi, veniendi, sim. (= de): ἐκκλησίαν ποιεῖν Ach. 170; ἐκκλησιάζειν Th. 83; ξυγγίγνεσθαι Av. 113; πρέσβεις αἱρεῖσθαι Av. 1577; πρέσβεις ἀποπέμπειν Lys. 1009; πρέσβεις sc. πάρεσμεν δεῦρο Lys. 1101; πρεσβεύοντες ἥκομεν Av. 1588; ἥκειν Av. 1532, 1595, Lys. 71; ἐλθεῖν Pac. 216; μολεῖν Lys. 984. — Substantivum ἐκκλησία Av. 1030. — Coniungitur περί cum genetivo rei, de qua concionantur, legatos mittunt ectt.

Saepe occurrit περὶ διαλλαγῶν sim. Bis genetivus personae invenitur: Th. 83 ἐκκλησιάζειν περὶ Εὐριπίδου, Av. 1030 ἐκκλησία περὶ Φαρνάκου.

3. Praeterquam iis, quae sub 1) et 2) notavimus, περὶ c. gen. paucis tantum verb.s agendi additur:

Nub. 1004 ἑλκόμενος περὶ πραγματίου «ob rem levem»; Eq. 666 οἱ δ' ἐθορύβουν περὶ τῶν ἀφύων ἑστηκότες, «propter

apuas»; Lys. 513 n περὶ τῶν σπονδῶν ἐν τῇ στήλῃ παραγράψαι: Pac. 105 ἐρησόμενος ἐκεῖνον Ἑλλήνων πέρι/ ἁπαξαπάντων, ὅτι ποιεῖν βουλεύεται «quid de Graecis universis facere constitutum habeat»; Av. 1631 δοκεῖ ὁρᾶν ταῦτα τοῦ σκήπτρου πέρι. Subinde versio per «quod attinet ad» apta est: Lys. 1288 m δαίμονας, οἷς ἐπιμάρτυσι/ χρησόμεθ' οὐκ ἐπιλήσμοσιν/ Ἡσυχίας πέρι τῆς ἀγανόφρονος «circa vel quod attinet ad suavem Pacem». Ran. 809 λῆρόν τε τἄλλ' ἡγεῖτο τοῦ γνῶναι πέρι/ φύσεις ποιητῶν «ceterosque meras nugas censebat, quod attineret ad dignoscenda poetarum ingenia». — Lys. 932 μή μ' ἐξαπατήσῃς τὰ περὶ τῶν διαλλαγῶν unicus locus est apud Aristophanem, ubi per τὰ περί τινος (= τά τινος = τι) comprehenduntur omnia, quae magis minusve alicui rei iunctae sunt: quae loquendi ratio imprimis occurrit apud verba, quibus περί c. gen. adiungi solet. Sic saltem hoc genus dicendi, quod apud alios auctores, ut e. g. Thucydidem, saepius invenitur, volgo explicatur cf. Kühner. II p. 427, Krüger. § 68 : 33 : 3, Debbert. p. 11. Attamen haud scio an nostro loco simplicius sit ad τὰ περὶ τῶν διαλλαγῶν cogitare καθωμολογημένα vel simile quid.

4. Verba dicendi sim. (= de): huc etiam referri possunt nonnulla ex verbis, quae sub 1) memoravimus, quibus certamen non ultra verba procedens exprimitur. In parte verborum, quae hic secuntur, velut ἀγγέλλειν, λόγον ξυντιθέναι, ὀμνύναι, πρυτανεύειν, notio cum agendi tum dicendi inest: ἀγγέλλειν Lys. 1235; ᾄδειν Pac. 1303; ἀποδεικνύναι Vesp. 548 n; δημηγορεῖν Eccl. 401; διακρίνειν Av. 719 n; διδάσκειν Nub. 382 n; δικάζειν Vesp. 767; ἐλέγχειν Plut. 574 n; ἐπιγλωττᾶσθαι Lys. 37; λαλεῖν Lys. 627 n; λέγειν Ach. 39, 498 t?, Eq. 669, 671, Vesp. 343 m, Av. 23, 25, 1675; εἰπεῖν Nub. 159, Av. 1101 n; εἶναι (= λέγειν) Eq. 1005 (ter), 1006 (ter), 1007 (ter), 1008 (bis),

1009, 1010 (ter), 1063, Vesp. 29; γνώμην λέγειν Eq. 931 n λόγον δοῦναι Plut. 467; λόγον ξυντιθέναι Ran. 1052 n; μαντεύεσθαι Av. 596 n; μεταπείθειν Ach. 627 n; ὀμνύναι Lys. 190; ὀνειροπολεῖν Eq. 809 n; περαίνειν καὶ ἀναδιδάσκειν Plut. 563 n; πρυτανεύειν Ach. 60; στενολεσχεῖν Nub. 320 n; φράζειν Eq. 514 n, Ran. 65 m; χρηματίζειν Th. 377.

Lys. 14 βουλευσομέναισιν οὐ περὶ φαύλου πράγματος. Quod ad locum attinet negationis οὐ conferri potest e. g. οὐ μετὰ πολύ, quae locutio tamen apud Aristophanem non invenitur. — Eccl. 396 περὶ σωτηρίας/ γνώμας (sc. λέγειν) καθεῖναι τῆς πόλεως. Schoem. de comit. Athen. p. 104 προθεῖναι proposuit pro καθεῖναι, quod praeterquam hoc loco nusquam invenitur, cf. 401 καὶ ταῦτα περὶ σωτηρίας προκειμένου (προκείμενον recte Blayd.) sc. δημηγορεῖν (v. 400). Ellipsin statuendam esse, imprimis apparet ex loco Demosthenis p. 169 προθεῖναι περὶ τούτων τῷ βουλομένῳ γνώμην ἀποφήνασθαι.

Praeterea huc pertinent haec substantiva: βοή: Ach. 546 ἦν δ' ἂν ἡ πόλις πλέα — περὶ τριηράρχου βοῆς, quod Brunckius breviter dictum esse censet pro «clamoribus de triremium eligendis praefactis». Quasi non iam dudum assignati essent! Blayd. coniecit περὶ τριηράρχων et vertit «suum quisque trierarchum clamat». Multum tamen dubito ita praepositionem περὶ recte habere. Ut mecum communicavit vir clarissimus van Herwerden, aut legendum est περὶ τριηράρχους, sensu locali, aut cum Bergkio uno vocabulo scribendum περιτριηράρχου.

Porro: κλέος Ach. 646 n; λόγος Lys. 858, Ran. 87 = 107 = 115; περίπατος = disputatio Ran. 953 n; Nub. 490 ὅταν τι προβάλωμαι σοφὸν περὶ τῶν μετεώρων.

Denique ellipsis notanda est in usu vocabulorum χρησμός et ψήρισμα, cf. Eq. 1029 ἵνα μή μ' ὁ χρησμὸς ὁ

περὶ τοῦ κυνὸς (sc. λέγων) δάκῃ et imprimis 1027 ἐμοὶ γάρ ἐστ' ὀρθῶς περὶ τούτου τοῦ κυνός, pro χρησμὸς ὀρθῶς λέγων, 126, 1012, 1086 e; ψήφισμα Eccl. 814 τὸ περὶ τῶν ἁλῶν.

5. Verba percipiendi, cogitandi, affectuum (volgo = de): ἀκούειν Av. 690 n, Th. 577; μανθάνειν Nub. 638 (bis), 639, 647, 681. — Γνώμην ἔχειν Ran. 1422, 1424, 1436; νοεῖν Ran. 1426; φροντίζειν «meditari» Nub. 736, 739; Vesp. 559 n τουτὶ περὶ τῶν ἀντιβολούντων ἔστω τὸ μνημόσυνόν μοι. — Δεδιέναι περί τινος «sollicitum esse de aliqua re»: Eccl. 586 n περὶ μὲν τοίνυν τοῦ καινοτομεῖν μὴ δείσῃς, Plut. 199 πλὴν ἓν μόνον δέδοικα· / φράζε τοῦ πέρι. Vesp. 1358 ταῦτ' οὖν περί μου δέδοικε μὴ διαφθαρῶ = περὶ τοῦ θανάτου μου δέδοικε. Cf. ὑπέρ c. gen. II: 4, περί c. dat. II. — Μέλειν περί τινος: Lys. 502 n ὑμῖν δὲ πόθεν περὶ τοῦ πολέμου τῆς τ' εἰρήνης ἐμέλησεν. — Ἀνιᾶσθαι περί τινος «discruciari propter aliquem»: Lys. 593 n περὶ τῶν δὲ κορῶν ἐν τοῖς θαλάμοις γηρασκουσῶν ἀνιῶμαι.

B. Cum dativo.

1. Notio localis quatuor locis tradita est.

1. de vestibus, quibus quis indutus est: Lys. 1074 n ὥσπερ χοιροκομεῖον περὶ τοῖς μηροῖσιν ἔχοντες, Ran. 329 m περὶ κρατὶ σῷ βρύοντα στέφανον μύρτων cf. Dind.: «περὶ «R. V. ἀμφὶ alii cum Eustathio p. 1715. 62, qui ἐπὶ «p. 701. 2.» Prima lectio, ut per se intellegitur, praeferenda est.

2. cum βαίνειν coniungitur semel in imitatione oraculi: **Eq. 1039 e** περὶ σκύμνοισι βεβηκώς.

3. cum πίπτειν legitur: Pac. 904 περὶ ταῖσι καμπαῖς ἡνίοχοι πεπτωκότες. Locis sub 1) et 2) ascriptis modus circumdandi orbis instar erat, non ita loco postremo. Praeterea περὶ ταῖσι καμπαῖς breviter dictum est pro «in «circumvehendis metis».

II. Vis translata uno tantum loco invenitur, ubi περί c. dat. pendet ex δεδιέναι: Eq. 27 περὶ τῷ δέρματι/ δέδοικα τουτονὶ τὸν οἰωνόν, cum dativo igitur rei, cui quid timetur.

C. Cum accusativo.

I. Praeterquam illis quatuor locis, quos modo sub B laudavimus, significatio localis tantum in coniunctione cum accusativo servata est.

1. Si modus circumdandi completus est, orbis instar:

a. de iis rebus, quae quem vel quid arcte circumdant, ut vestes sim., volgo cum verbo movendi: Lys. 533 n τουτὶ τὸ κάλυμμα . . . περίθου περὶ τὴν κεφαλήν, Vesp. 1034 n = Pac. 757 n, Lys. 979 n, Th. 256, Eccl. 1110, Plut. 939 (ubi ἀνατιθέναι per iocum usurpatur pro ἀναβάλλεσθαι). Verbum movendi animo obversatur Ach. 439, 1177. Huc quoque facit Ach. 998 m καὶ περὶ τὸ χωρίον ἐλᾷδας ἅπαν ἐν κύκλῳ sc. ἐλάσαι. — Rarius verba quiescendi occurrunt: Lys. 531 n κάλυμμα φορούσῃ περὶ τὴν κεφαλήν, Th. 999 m. — Περί dativo κύκλῳ augetur: Vesp. 1034 n — Pac. 757 n, Th. 999 m, Eccl. 1110, formula ἐν κύκλῳ Ach. 998 m.

b. de iis rebus quae intervallo loci a re vel persona circumdata remotae sunt: cum verbo movendi Vesp. 93 ὁ νοῦς πέτεται τὴν νύκτα περὶ τὴν κλεψύδραν, Pac. 175, 1006 n, Plut. 538 n. Plut. 1131 ὀδύνη σε περὶ τὰ σπλάγχν' ἔοικέ τις στρέφειν. In V. legitur περὶ: ceteri exhibent πρὸς, sed περὶ procul dubio praeferendum est cf. Pac. 175 ἥδη στρέφει τι πνεῦμα περὶ τὸν ὀμφαλόν.

Notio quietis adest Nub. 97 κᾆστιν περὶ ἡμᾶς οὗτος (= ὁ οὐρανός), Th. 246, 1188, Plut. 750 ἀλλ' ἦν περὶ αὐτὸν ὄχλος ὑπερφυὴς ὅσος. Cum postremo loco componi potest formula dicendi οἱ περί τινα, quae semel occurrit: Vesp. 1302 καίτοι παρῆν Ἵππυλλος, Ἀντιφῶν, Λύκων,/ Λυσίστρατος, Θούφραστος, οἱ περὶ Φρύνιχον. Brunckius

vertit: «Phrynichus». Dubito num recte. Haec enim locutio amplectitur aliquem cum iis, quae eum comitari solent. Subinde aut persona princeps aut comitatus eius imprimis intellegitur, sed οἱ περί τινα pro τὶς recentiorum est, ut Polybii cf. Kühner. II p. 230, Krüger. § 50: 5: 6, Krebs. p. 130: «Die Redensart οἱ περί mit einem persön-«lichen nomen proprium bezeichnet bei den Autoren der «früheren Sprache die Umgebung einer Persönlichkeit, «welche als Hauptperson sich über die Genossen und «Anhänger vermöge ihres moralischen oder politischen «Gewichtes erhebt». Vesp. 1302 igitur de Phrynicho eiusque sociis cogitandum est. Praeterea formulam οἱ περὶ Φρύνιχον quinque nominibus propriis addere, nisi si eo modo alia quaedam quam ceteris sententia exprimitur, sermonis elegantiae repugnat.

Ea structura, quam supra semel apud genetivum (cf. II: 3) notavimus, bis apud accusativum occurrit: Th. 246 αἰθὸς γεγένημαι πάντα τὰ περὶ τὴν τράμιν, 256 ἴθι νυν κατάστειλόν με τὰ περὶ τὼ σκέλη, quamquam priore loco additio articuli explicatur vocabulo πάντα. Exempla huius generis ex Thucydide collecta inveniuntur apud Debbert. p. 27, cf. porro Kühner. II p. 427, Krüger. § 68: 33: 3.

2. Si modus circumdandi incompletus est: cum verbo movendi Ach. 96 ἦ περὶ ἄκραν κάμπτων νεώσοικον σκοπεῖς; Lys. 17. Huc etiam pertinet Ach. 1180 περὶ λίθον πεσών, nempe ita ut lapis corpore tegatur. — Notionem quietis habes Ach. 97 ἄσκωμ' ἔχεις που περὶ τὸν ὀφθαλμὸν κάτω.

3. Subinde notio primaria circumdandi ab omnibus partibus prorsus evanuit, ita ut περί tantum viciniam indicet: Ach. 692 m ταῦτα πῶς εἰκότα γέροντ' ἀπολέσαι πολιὸν ἄνδρα περὶ κλεψύδραν, Nub. 509 χώρει· τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν; Pac. 731 n περὶ τὰς σκηνὰς κυπτάζειν

καὶ κακοποιεῖν. Idem fortasse cadit in nonnullos locos, quos sub 1) laudavimus, velut Pac. 175 ἤδη στρέφει τι πνεῦμα περὶ τὸν ὀμφαλόν, Nub. 761, Th. 1188, Plut. 1131. — Cf. κατά c. acc. I: 2 b, quod subinde parum ab hac potestate differt: sed παρά c. acc., πρός c. dat., c. acc., ἐπί c. gen., c. dat. locum minus incertum ac mutabilem cogitare iubent.

4. Duobus locis personae vel res non circumdantur, sed ipsae ordine suo orbem efficiunt: Th. 796 n πᾶς τις τὸ κακὸν τοῦτο ζητεῖ περὶ τὰς κλίνας περινοστῶν, «lectos «circumiens», «ad singulos lectos accedens»: Vesp. 1318 κωμῳδολοιχῶν περὶ τὸν εὖ πράττοντ' ἀεί, de parasito.

II. 1. Volgo rationem agendi vel affectionem animi erga aliquem significat: Ach. 697 m ἄνδρ' ἀγαθὸν ὄντα Μαραθῶνι περὶ τὴν πόλιν, Eq. 873 n κρίνω σ' ὅσων ἐγὼδα περὶ τὸν δῆμον ἄνδρ' ἄριστον. Cuius generis inveniuntur haec: εἶναι cum nomine Ach. 663 n T, Eq. 831 n, 1208, Plut. 568 n; γίγνεσθαι c. nom. Eq. 764 n; δρᾶν καὶ ἀγορεύειν cum obiecto Th. 302; ποιεῖν c. obi. Eq. 812 n; σκαιουργεῖν Nub. 994 n; εὐσεβῆ τρόπον διάγειν Ran. 458 m.

2. Semel occurrit locutio εἶναι sive γίγνεσθαι περί τι «in re aliqua versari» (cf. I: 3), Eq. 402 m ὦ περὶ πάντ' ἐπὶ πᾶσί τε πράγμασι/ δωροδόκοισιν ἐπ'ἄνθεσιν ἵζων. — ὦ περὶ πάντα sc. ὤν s. γιγνόμενος = «o, tu, qui omnibus negotiis te immiscens». A nonnullis de integritate lectionis dubitatur, vide Kock. ad h. l., sed nihil mutandum videtur.

III. Semel denique περί c. acc. ad tempus pertinet, indicans quo fere tempore quid accidit: Vesp. 31 περὶ πρῶτον ὕπνον. Cf. ὑπό c. acc. III, πρός c. acc. III.

7. ΠΑΡΑ. [1])

Παρά sub A et B saepius significationem localem cum translata mixtam praebet, quamobrem hic II non ab I separavimus.

A. Cum genetivo.

Apud Aristophanem nusquam genetivum rei regit sed personae, a qua quis venit, accipit aliquid, cett. De Eq. 802 n et Nub. 886 vide Rau. p. 14 «quae verba leguntur in Ar. «Eq. 802 ἵνα σὺ μὲν ἁρπάζῃς καὶ δωροδοκῇς παρὰ τῶν «πόλεων eodem intellectu dicta sunt quo παρὰ τῶν πολι«τῶν, et in loco Nub. 886 αὐτὸς μαθήσεται παρ' αὐτοῖν «τοῖν λόγοιν personae fictio τοῦ λόγου est».

Cum παρά τινος coniunguntur:

1. Verba veniendi sim. (cf. ἀπό I: init.): Av. 795 n οὗτος ἂν πάλιν παρ' ὑμῶν πτερυγίσας ἀνέπτετο, 1232 Iris interrogationi τίς εἶ; ποδαπή; λέγειν ἐχρῆν ὁπόθεν ποτ' εἶ; respondet παρὰ τῶν θεῶν ἔγωγε τῶν Ὀλυμπίων, sc. εἰμί vel ἥκω. — Pac. 261 οὔκουν παρ' Ἀθηναίων γε μεταθρέξει ταχύ; Eccl. 1073 ἡ γραῦς ἀνεστηκυῖα παρὰ τῶν πλειόνων. Porro: ἥκειν Av. 1533 et 1588 (de legatis), Lys. 613, Eccl. 522, Plut. 521 n, ἐξιέναι Eccl. 48, πέτεσθαι Av. 1230.

Av. 1172 habemus prolepsin: τῶν γὰρ θεῶν τις ἄρτι τῶν παρὰ τοῦ Διὸς / διὰ τῶν πυλῶν εἰσέπτετ'.

2. Verba dandi, sumendi, accipiendi sim.: Eq. 869 n ἔδωκας ἤδη τουτῳὶ κάττυμα παρὰ σεαυτοῦ, 959 παρ' ἐμοῦ δὲ τουτονὶ λαβὼν ταμίευέ μοι, Av. 608 n P. ἔτι προσθήσουσ' ὄρνιθες ἔτη. E. παρὰ τοῦ; P. παρὰ τοῦ (Bekker. παρ' ὅτου,

[1]) Hic illic definitionem Rauii secutus sum, quod comparationem locorum et significationum faciliorem reddit.

sed vide Dind.); παρ' ἑαυτῶν. Ad παρὰ τοῦ cett. cogitandum est αὐτὰ λαβών.

Porro: λαμβάνειν Ach. 386 m tT?, Eq. 1190, 1191, Vesp. 785, Lys. 532 n, 1206 m, Ran. 252 m, Plut. 164, 829, Fr. 1 (ter supplendum), 735; παραλαμβάνειν Av. 1543, Ran. 939 n; δέχεσθαι Lys. 603 n; παραδέχεσθαι Ran. 1013 n; εἶναι: Nub. 431 n ἀλλ' ἔσται σοι τοῦτο παρ' ἡμῶν, Th. 183, Plut. 532 n; Nub. 532 n ἐκ τούτου μοι πιστὰ παρ' ὑμῖν γνώμης ἔσθ' ὅρκια, a Sauppio recte genetivus restitutus est, vide Kock. ad h. l.; ἔχειν Vesp. 102 παρὰ τῶν ὑπευθύνων ἔχοντα χρήματα, Av. 1213; ἁρπάζειν καὶ δωροδοκεῖν Eq. 802 n; δανείζεσθαι Lys. 1057 m; κλέπτειν Plut. 358; μεταπέμπειν Vesp. 680 n; πρίασθαι Plut. 884; φέρειν Fr. 90.

3. Verba cupiendi: Nub. 412 n ὦ τῆς μεγάλης ἐπιθυμήσας σοφίας ἄνθρωπε παρ' ἡμῶν, Vesp. 56 μηδὲν παρ' ἡμῶν προσδοκᾶν λίαν μέγα.

4. Verba audiendi, discendi sim.: ἀκούειν, Av. 690 n ἀκούσαντες πάντα παρ' ἡμῶν: μανθάνειν, Nub. 840 τί δ' ἂν παρ' ἐκείνων καὶ μάθοι χρηστὸν τίς ἄν; 459 m, 886, Vesp. 1281 m, Av. 376 n, 378 n, Th. 21; πυνθάνεσθαι Av. 47, Th. 4, Plut. 594 n; εἰδέναι Av. 692 n; λέγειν (= ἀγγέλλειν) Ach. 1057.

Av. 982, ὃν (sc. χρησμὸν) ἐγὼ παρὰ τἀπόλλωνος ἐξεγραψάμην, intellegi potest πυθόμενος vel simile quid.

5. Subinde παρά c. gen. ex substantivis pendet: quid supplendum sit, apparet ex verborum sensu:

Ach. 61 οἱ πρέσβεις οἱ παρὰ βασιλέως, 134 προσίτω θέωρος ὁ παρὰ Σιτάλκους, Vesp. 1160 T ὑποδήσασθαί ποτε/ ἐχθρῶν παρ' ἀνδρῶν δυσμενῆ καττύματα, Pac. 386 m E, Lys. 563 n.

6. Unicus locus, ubi παρά c. gen. asciscit vim praepositionis ὑπό c. gen., est Ach. 226 m οἷσι παρ' ἐμοῦ πόλεμος

ἐχθοδοπὸς αὔξεται «contra quos a me bellum infestum magis magisque augetur». [1] [2]

B. Cum dativo.

Genetivus rei, ut modo vidimus, nunquam praepositioni παρά additur: dativus bis tantum in choricis (cf. παρά c. acc. I: 3, πρός c. dat. I, c. acc. I: 4, ἐπί c. gen. I: 2, c. dat. I: 2): **Av. 729 n** καθεδούμεθ' ἄνω σεμνυνόμενοι/ παρὰ ταῖς νεφέλαις ὥσπερ χὼ Ζεύς, **Ran. 1309 m T** ἀλκυόνες, αἳ παρ' ἀενάοις θαλάσσας/ κύμασι στωμύλλετε [3].

1. Cum dativo personae coniungitur, vicinitatem indicans: Vesp. 611 κἄπειτα καθεζομένη παρ' ἐμοί, 808 παρὰ σοὶ κρεμήσετ' ἐγγὺς ἐπὶ (ἀπὸ Halb., ἐκ Bergk.) τοῦ παττάλου.

Porro: ἐγκατακεῖσθαι Plut. 742; θεᾶσθαι Eq. 536 n; καθεύδειν Th. 479, Eccl. 701 n, 894 m, 938 m, 1039, 1050; καταδαρθεῖν Eccl. 628 n; κοιμᾶσθαι Eccl. 723; μένειν Plut. 112.

Nonnullis locis, praeter vicinitatem loci, etiam quaedam inter homines coniunctio significatur: Ach. 604 ἑτέρους δὲ παρὰ Χάρητι sc. μισθοφοροῦντας, Ran. 910 n μώρους λαβὼν παρὰ Φρυνίχῳ τραφέντας, Eccl. 655 n ἦν τις ὄφλῃ

---

[1] De paucis locis, ubi pro genetivo librorum dativus vel accusativus reponendus est, vide infra.

[2] De loco dubio Ach. 68 καὶ δῆτ' ἐτρυχόμεσθα παρὰ Καϋστριον/ πεδίον ὁδοιπλανοῦντες cf. Rau. p. 33: „Scriptura codicis optimi Ravennatis παρὰ „τῶν Καϋστρίων πεδίων a metro abhorret. Reliqui codices praebent διὰ „τῶν Καϋστρίων πεδίων. Quia omnium codicum consensus genetivum „tuetur, minus recte multi editores παρὰ Καΰστριον πεδίον proposuerunt. „Qua de causa R. Klotzii coniecturam speciosissimam arripiendam esse „censeo, qui omissa praepositione παρὰ solum genetivum, notissimo usu „ex verbo ὁδοιπλανοῦντες pendentem scribendum censuit." At Dindorfius ostendit, hoc sensu semper singularem, nunquam pluralem usurpari, vide porro διά c. gen. I: 1 not.

[3] Fr. 245 T? μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς ἑρκείου κύτρας/ μεθ' ὧν ὁ βωμὸς οὗτος ἱδρύθη ποτέ. Schol. ad Plut. 1199 eundem locum laudat, pro μεθ' ὧν tradens παρ' αἷς. Prior lectio praeferenda videtur, cf. μετά c. gen. II: 3.

παρὰ τοῖς ἄρχουσι δίκην τῳ cf. Rau. p. 40 «ubi localis «notio proxime abest a caussali; sententia enim est, si «quis multam alicui debet damnatus a magistratibus». Plut. 559 n, 561 n.

Ubi παρά c. dat. verbis movendi, sicut ἱστάναι aliisque additur, notio quietis, quae motum sequitur, iam animo obversatur: Pac. 1207 καταθέμενοι παρ' ἐμοὶ ταῦτ': κατατιθέναι Eccl. 870, ἱστάναι Eccl. 682 n. Quo de usu fuse dixit Rau. p. 48, § 16: «De παρά praepositione cum dativo «ita coniuncta ut dativus accusativi vice poni videatur».

2. Rau. p. 41 sq.: «παρά cum dativo pronominis per- «sonalis vel nominis proprii coniunctum saepius locum «(aedes, terram) ubi aliquis est, indicat, qui usus omnino «Francogallorum particulae «chez» respondet». (Cf. μετά c. gen. I: 3): Ach. 980 οὐδὲ παρ' ἐμοί ποτε τὸν Ἁρμόδιον ᾄσεται, Vesp. 1197 παρ' ἀνδράσι ξένοις/ πίνων, Nub. 766 ἦδη παρὰ τοῖσι φαρμακοπώλαις τὴν λίθον/ ταύτην ἑόρακας; Eq. 672 ἤσθοντο τὰς ἀφύας παρ' ἡμῖν ἀξίας, Lys. 172 ἡμεῖς ἀμέλει σοι τά γε παρ' ἡμῖν πείσομεν cf. Plut. 1149: Lys. 243 et Th. 1170 libri eodem sensu exhibent παρά c. gen., sed dativus a Reisigio et Hirschigio recte restitutus esse videtur; attamen vide Kühner. II p. 441. — Lys. 174 καὶ τὠργύριον τῶβυσσον ᾗ πὰρ τᾷ σιῷ, Fr. 181 ὑπαλειφόμενος παρ' ἰατρῷ. Cf. porro Ach. 903, Vesp. 1089 n, Pac. 165 n, 854, Av. 167, 326 n (bis), 330 m, 597 n, 756 n, 761 n, 765 n, 768 n, 1087 n, 1278, 1405, Lys. 453, 854, Eccl. 689 n, 697 n, Plut. 393 (bis), 394, Fr. 198. — Vesp. 280 m ἦ μὴν πολὺ ὁριμύτατός γ' ἦν τῶν παρ' ἡμῖν, satis mire dictum est τῶν παρ' ἡμῖν pro ἡμῶν.

3. Rau. p. 44: «cum id quod apud aliquem est in eius «potestate esse cogitari possit — eadem ratione qua Latini «particula «penes» usi sunt, nos praepositionem «bei» «usurpamus —, παρά a consortio loci transfertur ad po-

«testatem cum faciendi tum iudicandi». (Ellendt Lex. «Soph. s. παρά), cuius usus pauca tantum exempla in- «veniuntur».

Prioris usus, ex quo παρά cum dativo possessoris coniungitur, Aristophanes praebet exempla haec: Nub. 112 εἶναι παρ' αὐτοῖς φασιν ἄμφω τὼ λόγω, 904 n παρὰ τοῖσι θεοῖς (sc. δίκη ἐστίν), Av. 603 n πῶς δ' ὑγίειαν δώσομεν αὐτοῖς, οὖσαν παρὰ τοῖσι θεοῖσιν; Plut. 589 n τὸν πλοῦτον ἐᾷ παρ' ἑαυτῷ.

4. Secundum alterum usum παρά cum dativo iudicantis pendet ex verbis passivis vel vim passivam habentibus: Vesp. 1049 n ὁ δὲ ποιητὴς οὐδὲν χείρων παρὰ τοῖσι σοφοῖς νενόμισται, Lys. 11; Eccl. 582 n ὡς τὸ ταχύνειν χαρίτων μετέχει πλεῖστον παρὰ τοῖσι θεαταῖς, Vesp. 1462 m πολλοῦ δ' ἐπαίνου παρ' ἐμοὶ/ καὶ τοῖσιν εὖ φρονοῦσιν/ τυχών, Eccl. 485 m. Tribus locis postremis igitur occurrit παρά cum dativo, quamvis suspensum sit ex verbis, apud quae παρά cum genetivo reperire exspectes. cf. Rau. p. 47 § 15 «De praepositione παρά cum dativo e verbis, quibuscum «παρά cum genetivo coniungi solet, pendente».

C. Cum accusativo.

I. 1. Rau. p. 52: «additis verbis movendi personam «vel locum indicat quo motus fit, in cuius vicinitatem diri- «gitur (zu-hin)».

Etiam hoc sensu παρά, aeque atque ὡς, apud Aristophanem tantum cum persona coniungitur (cf. πρός c. acc. I: 1*a*, ἐπί c. acc. 2*a*, ἐς I: init. et imprimis ὡς init.):

Nub. 853 εἶσω παρελθὼν ἄρτι παρὰ τοὺς γηγενεῖς, Pac. 884 ἄγειν παρ' αὐτὸν ἀντιβολῶν. Porro: ἥκειν Av. 992, 1038 (sic etiam pendent ex ἥκειν sim., πρός c. acc. cf. I: 1*a*, ἐπί c. acc. 2*b*, ἐς I: 1*d*), οἴχεσθαι Av. 1267, πέμπειν Av. 844, 845 (tribus locis postremis de legatis cf. A. 1, 5) — Eccl. 695 n δεῦρο παρ' ἡμᾶς verbum eundi

mente supplendum est. Huc facit etiam, si Blaydesius recte coniecit, Fr. 186 ὁ δὲ μεθύων ἥμει (Dind., ἡμεῖς cod., ἴει Blayd.) παρὰ τοὺς ἀρχηγέτας. — Semel παρά hac vi praeditum e substantivo pendet: Av. 46 ὁ δὲ στόλος νῷν ἐστὶ παρὰ τὸν Τηρέα.

2. Rau. p. 55 sq.: «neque tamen cum movendi verbis «tantum, sed etiam cum eis quae quiescendi notionem «habent, accusativus a παρά praepositione suspensus con-«iungitur, ut non iam locum in quem actio dirigatur, sed «prope vel iuxta quem fiat, indicet; ad quem usum ab «eo de quo modo disputavimus transitus fit aliquot verbis «qualia sunt στῆναι, ἕζεσθαι, τίθεσθαι. Nam παρά cum «accusativo e certis quibusdam formis verbi ἱστάναι (aor. II act.; perf. act.; praes. med.) pendens locum vel personam «et ad quam quis adsistit (s. v. v.) et iuxta quam stat «significat»: Lys. 1275 sq. ἀνὴρ δὲ παρὰ γυναῖκα καὶ γυνὴ / στήτω παρ' ἄνδρα, Vesp. 1083 n, Pac. 1269, Lys. 1122; Lys. 634 n ὧδέ θ' ἑστήξω παρ' αὐτόν: Eccl. 737 ἵστω παρ' αὐτήν, Ran. 1378. — Non aliter accusativus explicandus est locis hisce: Eccl. 617 n αἱ φαυλότεραι καὶ σιμότεραι παρὰ τὰς σεμνὰς καθεδοῦνται, Vesp. 392 n παρὰ τὸν κλάοντα καθῆσθαι, Ran. 1068 κἂν ταῦτα λέγων ἐξαπατήσῃ, παρὰ τοὺς ἰχθῦς ἀνέκυψεν, Plut. 1153 παρὰ τὴν θύραν στροφαῖον ἰδρύσασθέ με.

Av. 333 m (παραβάλλειν), 402 n (κατατίθεσθαι), 631 m (τίθεσθαι), praepositio magis minusve transfertur ad res abstractas, vide Kock. ibid.

3. Sola notio quietis adest, = «iuxta»: Ach. 72 παρὰ τὴν ἔπαλξιν ἐν φορυτῷ κατακείμενος, Vesp. 394 n κοὐ μή

---

[1]) Th. 121 m παρ' εὔρυθμα Φρυγίων Χαρίτων δινεύματα, coniectura incerta Dindorfii pro παράρυθμ' εὔρυθμα, vide Blayd. ad h. l.

ποτέ σου παρὰ τὰς κάννας οὐρήσω μηδ' ἀποπάρδω (distinguendum a κατά c. gen.), Ran. 194 Xanth. ποῦ δῆτ' ἀναμενῶ; Char. παρὰ τὸν Αὐαίνου λίθον, Nub. 326 n, Lys. 835, Th. [1]) 489, Eccl. 685 n, Plut. 795.

Sic quoque de urbibus mari adiacentibus sim.: Av. 145 ἀτὰρ ἔστι γ' — πόλις παρὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλατταν cf. 146; Ran. 162 παρ' αὐτὴν τὴν ὁδὸν οἰκοῦσιν.

Etiam cum accusativo personae παρά subinde hoc sensu coniungitur cf. Rau. p 61. Observandum tamen est, παρά τινα arcte tenere significationem «iuxta aliquem». Παρά τινα pro «apud s. prope aliquem» tantum apud scriptores recentiores occurrit cf. Rau. p. 64, qui laudat A. Lüttge, de Polybii elocutione, Nordhusae 1863 p. 13: «παρά h. l. (Pol. 11: 14 παρ' αὐτὸν μεῖναι) praepositionis «apud» vice fungitur, qua in re nescio an quid effecerit «sermo latinus, cuius proprium est huiusmodi notiones «accusativo exprimere». Usus supra memorati pauca tantum exempla (neque ea magni pretii) ex Aristophane afferri possunt: Th. 1193 τί οὐ κατεύδει παρ' ἐμέ; sed ibi barbarus loquitur. — Th. 440 m ὥστ' ἂν εἰ λέγοι παρ' αὐτῆς/ Ξενοκλέης ὁ Καρκίνου, δο/ κεῖν ἂν αὐτὸν, ὡς ἐγῷμαι,/ πᾶσιν ὑμῖν/ ἄντικρυς μηδὲν λέγειν, recte iam a Scaligero παρ' αὐτήν restitutum est. Mira sunt, quibus Kühner. II p. 442 genetivum tueri conatur. Vertendum erit «si diceret iuxta illam»: παρ' αὐτήν enim longius remotum esse videtur ab ἄντικρυς μηδὲν λέγειν, quam ut (sensu translato = «prae ea») cum his verbis coniungi possit, vide Blayd. ad h. l.: «παρ' αὐτὴν cum ἄντικρυς «μηδὲν λέγειν temere construit Fritzsch. ad Ran. 809». — Tertius locus est Vesp. 1108 n οἱ μὲν ἡμῶν οὔπερ ἄρχων, οἱ δὲ παρὰ τοὺς ἕνδεκα/ οἱ δ' ἐν ᾠδείῳ δικάζουσ' cett., quod, si accusativus recte se habet, accipiendum est de iudicibus ab utraque parte undecimvirorum tribunalis

sedentibus. — Av. 846 σὺ δέ γ' αὐτοῦ μένων/ οἴμωζε παρ' ἔμ' huc non pertinet: παρ' ἔμ' dictum est respectu illius παρ' ἐμέ, quod praecedit vs. 845 et cum Brunckio reddendum erit «mea causa» cf. Blayd. ad h. l., et Rau., qui de potestate causali praepositionis πάρα c. acc. disseruit p. 82, § 25: nisi praestat assentiri viro clarissimo van Herwerden, qui παρ' ἔμ' habet pro dittographia (Ravennas aliique codices et vs. 845 et vs. 846 exhibent παρ' ἐμέ) censetque legendum esse οἴμωζε πόλλ'.

Aliter res se habet duobus locis, ubi significatio «iuxta» praepositioni minime vindicari potest, sed ille sensus requiritur, de quo sub B: 2 diximus, scil. Fr. 388 et Ach. 759. Prior locus extat apud Priscianum scribentem sic (vide porro Dind. fr. 388); «Attici παρὰ σέ pro παρὰ σοί, «quomodo et nos «apud te». Aristophanes Ποιήσει (codd. «ποιηχει) γυναῖκα δὲ ζητοῦντες ἕνα δ' οἶκον, νυνὶ ἐᾷς ἵνα εἶ «παρὰ σέ», quibus Rau. p. 63 iure addit haec: «quae verba «corruptissima sic emendare conatus est Dindorfius γυναῖκα «δὲ ζητοῦντες ἐνθάδ' ἤκομεν, ἣν φασιν εἶναι παρὰ σέ. «Sed a summo elegantissimi sermonis Attici artifice Aris«tophane aliena esse haec verba censuerim, nam et «corruptissime tradita sunt et fabulam Ποίησιν nonnulli «grammatici ab Aristophane abiudicaverunt et Archippo «tribuerunt».

Et ibidem de Ach. 759: «Neque vereor ne quis loco «Ach. 759 usus Aristophani talia obtrudere audeat: πῶς «ὁ σῖτος ὤνιος; Meg. παρ' ἁμὲ πολυτίματος ἅπερ τοὶ θεοί. «haec enim verba hominis Megarici sunt agrestis atque «inculti».

4. Alia quaedam sententia, quam sub 3), efficitur, si res altera iuxta alteram in longitudinem extensa est: Av. 774 m ὄχθῳ ἐφεζόμενοι παρ' Ἕβρον ποταμόν. Transitum ad notionem movendi praebet Ach. 996 m εἶτα παρὰ

τόνδε νέα μοσχίδια συκίδων sc. ἐλάσαι, ubi notio quiescendi iam animo obversatur, cf. I: 2. Solus motus adest: Vesp. 1520 mt πηδᾶτε παρὰ ψάμαθον καὶ θῖν' ἁλὸς ἀτρυγέτου, Av. 243 m οἵ θ' ἑλείας παρ' αὐλῶνας (sc. πετόμενοι) ὀξυστόμους ἐμπίδας κάπτεθ', Lys. 1302 m τοὶ δὴ παρ' Εὐρώταν ψιάδδοντι cf. 1309 m, Pac. 726. Vide etiam Av. 390 n παρ' αὐτὴν τὴν χύτραν ἄκραν ὁρῶντας.

II. Praeterquam duobus tribusve locis, de quibus I: 2 s. f. diximus, significatio translata sexies tantum occurrit:

1. Rau. p. 69: «Ex intellectu locali etiam ille praepo-«sitionis παρά usus, ex quo alternationi cuidam significandae «usurpatur derivandus videtur esse, cuius usus apud At-«ticos scriptores paucissima tantum exempla reperiuntur».

Apud Aristophanem hoc unum occurrit: Ran. 643 Xanth. πῶς οὖν βασανιεῖς νὼ δικαίως; Aeac. ῥᾳδίως· πληγὴν παρὰ πληγὴν (sc. διδοὺς) ἑκάτερον (sc. βασανιῶ).

2. Rau. p. 71: «E locali usu praepositionis παρά qui «alteram rem iuxta alteram poni significat, notio com-«parandi efficitur». Usus comparativus apud Aristophanem non invenitur, sed, «ex eo», cf. p. 74, «ea praepositionis «παρά vis ex qua exclusionem significat derivanda videtur «esse, cum duarum rerum compositarum altera excludi «cogitatur». Latine «praeter». Apud Aristophanem tantum in locutione οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα, quae ter occurrit, Nub. 698, Vesp. 1166, Pac. 110.

3. Rau. p. 76: «Comparativam vim praepositio παρά «etiam in quibusdam locutionibus habet verbis aestimandi «additis, ubi praepositione cum neutro adiectivi quantitatis «coniuncta gradus aestimationis indicatur; quales locutiones «apud optimos scriptores perpaucae exstant; increbrescunt «vero inde ab Alexandri Magni tempore». Huc etiam pertinet, cf. p. 77, «locutio παρὰ πολύ, numquam usurpata «nisi additis verbis comparativum intellectum habentibus,

«quae respondet nostrae linguae «bei weitem», Latinorum ««multo». Qua locutione usque ad quem gradum notio «verbi adiecti valeat indicatur». — Apud Aristophanem extat unum exemplum, idque cum superlativo: Plut. 445 δεινότατον ἔργον παρὰ πολὺ/ ἔργων ἁπάντων.

4. Rau. p. 85: «Praetereundi autem notioni quia aber-«randi proxima sit, praepositione παρά indicatur alteram «rem cum altera non convenire, unde intellectus contra «(praeter) originem traxit»: Pac. 791 m ὃ παρ' ἐλπίδας εἶχε «praeter spem».

§ 7. De praepositionibus secundi gradus frequentiae.

1. EK.

I. 1. Volgo motum vel remotionem indicat ex aliquo loco: Ach. 175 ἀλλ' ἐκ Λακεδαίμονος γὰρ Ἀμφίθεος ὁδί, 574 τίς Γοργόν' ἐξήγειρεν ἐκ τοῦ σάγματος, Eq. 186 τοῖς ἐκ Πύλου ληφθεῖσι τοῖς Λακωνικοῖς «Lacedaemoniis illis, «qui e Pylo captivi adducti sunt». Ach. 273 m, 606, 644 n, 666 m, 987 m, 1181, Eq. 262 n, 607 n, 796 n, 1093 e, Nub. 71, 123, 179, 709, 730, 802, Vesp. 58, 552 n, 600 n, 1367, 1427, Pac. 274, 356 n, 443, 632 n, 847, 1125, Av. 35, 111, 579 n, 662, 1136, 1383, 1386, Lys. 59, 105, 297 m, 410, 575 n, 775 e, 866, Th. 220, 511, 797 n, 826 n, Ran. 363 n, 547 m, 1296, 1334 m tT?, 1339 m T, Eccl. 65, 281, 300 m, 376, 432, 501 n [1]), 1004, Plut. 430, 463, 521 n, 616 n, 733, Fr. 84, 169 n [2]), 541. — Ach. 1165 m

[1]) Eccl 507 ἐμβὰς ἐκ ποδῶν ἴτω est coniectura Meinekii pro ἐκποδών, quod nescio an retinendum sit: iocus esse videtur.

[2]) Fr. 360, fragmentum corruptum: secundum Dindorfium ἐκ delendum est, vid. ibid.

ἐξ ἱππασίας βαδίζων, equitatio dicitur pro loco equitationis. Ellipsis notanda est duobus locis: Pac. 1146 n τόν τε Μανῆν ἡ Σύρα βωστρησάτω 'κ τοῦ χωρίου (cf. καλεῖν Lys. 701 n), Fr. 344 καὶ μὴ περιμένειν ἐξ ἀγορᾶς ἰχθύδια sc. ἐλθεῖν.

Subinde pro terra substituitur nomen habitantium (cf. ἐς I: init., ἐν I: 5) [1]): Ach. 916 ἐκ τῶν πολεμίων εἰσάγεις θρυαλλίδα, Pac. 1003 n κἀκ Βοιωτῶν γε φέροντας ἰδεῖν/ χῆνας, Eq. 479, Lys. 40, 75, 702 n. Sic etiam occurrit Lys. 701 n ἐκ τῶν γειτόνων cf. Plut. 435.

Aliter, nempe per ellipsin vocis οἰκία (cf. ἐπί c. gen. I: 3, ἐς I: 1 c, ἐν I: 2), explicandi sunt hi loci: Plut. 84 ἐκ Πατροκλέους, Fr. 5 b ἐκ διδασκάλου, Pac. 1154 n μυρίνας τ' αἴτησον ἐξ Αἰσχινάδου (sc. σκηνῆς). Sic etiam Eq. 464 σὺ δ' οὐδὲν ἐξ ἁμαξουργοῦ (sc. ἐργαστηρίου) λέγεις, qui locus ceteroquin pertinet ad 2).

2. Intellectus localis etiam cernitur, ubi ortus indicatur, imprimis alicuius ex urbe aliqua, sed porro de origine in universum (cf. ἀπό II: 2): Ach. 724 ἥμαντας ἐκ Λεπρῶν, Pac. 1047 ὁ χρησμολόγος οὑξ Ὠρεοῦ, Ran. 501 οὐκ Μελίτης μαστιγίας, Ach. 1050 ἔπεμψέ τίς σοι νυμφίος ταυτὶ κρέα/ ἐκ τῶν γάμων, Eq. 181 ὁτιὴ πονηρὸς κἀξ ἀγορᾶς εἶ καὶ θρασύς, Av. 813 βούλεσθε τὸ μέγα τοῦτο τοὐκ Λακεδαίμονος,/ Σπάρτην ὄνομα καλῶμεν αὐτήν; Eq. 464, 846 n, Nub. 47, Vesp. 580 n, Pac. 1185, Th. 620, Ran. 1124, Eccl. 610 n, 671 n. Contra Eq. 668 ὁ κῆρυξ οὐκ Λακεδαίμονος minus originem quam adventum spectat. Cogitandum est ἐλθών, ita ut hic locus potius ad 1) referendus sit. Duobus locis Eq. 438 n σὲ δ' ἐκ Ποτειδαίας ἔχοντ' (= accepisse) εὖ οἶδα δέκα τάλαντα, et 834 n καί σ' ἐπιδείξω ..... δωροδοκήσαντ' ἐκ Μυτιλήνης, quod argentum a civibus mit-

[1]) Huius et proximi usus Kühner. s. ἐκ nullam mentionem facit.

titur, mente supplendum est. Nub. 1123 n λαμβάνων οὔτ' οἶνον οὔτ' ἄλλ' οὐδὲν ἐκ τοῦ χωρίου, ita dictum est, quia fruges cett. e fundo proveniunt.

3. Saepe praepositio cum casu suo attrahitur obiecto sententiae, ita ut pars huius fiat, et quidem volgo per articulum: Ach. 1103 ἔνεγκε δεῦρο τὼ πτερὼ τὼ 'κ τοῦ κράνους, Eq. 742 τοὺς ἐκ Πύλου — τοὺς Λάκωνας ἤγαγον, Plut. 857 ἀπολωλεκὼς ἅπαντα τἀκ τῆς οἰκίας, Eccl. 684 n τοὺς ἐκ τοῦ βῆτ' (sc. δικαστάς) ἐπὶ τὴν στοιὰν ἀκολουθεῖν τὴν βασίλειον cf. 686 n (pro domo littera, qua distinguitur, cf. ἐν 1: 2), Ach. 86, Eq. 1178, 1201, Lys. 40, 75, Eccl. 612 n. Quibus addimus, quamquam praepositio ibi significatione translata praedita est: **Lys. 1126 T** τοὺς δ' ἐκ πατρός τε καὶ γεραιτέρων λόγους/ πολλοὺς ἀκούσας.

4. Satis usitatae sunt locutiones, de quibus sic Krüger. § 68: 17: 3: «Nur scheinbar steht ἐκ für ἐν, in sofern «nämlich eine Richtung auf den Standpunkt eines Ande«ren vorschwebt»: Eq. 479 καὶ τἀκ Βοιωτῶν ταῦτα συντυρούμενα (sc. ἔρῳ), Nub. 1065 n Ὑπέρβολος δ' οὐκ τῶν λύχνων cf. Av. 13 οὐκ τῶν ὀρνέων, Vesp. 266 m οὐκ τῆς οἰκίας τῆσδε συνδικαστής, Plut. 435.

Huc pertinent etiam ἐκ δεξιᾶς sim. (cf. πρός c. gen. I.) Eq. 639 ἐκ δεξιᾶς ἀπέπαρδε (rectissime Halb. ἐπέπαρδε, dictum ut ἐπέπταρεν simil.) καταπύγων ἀνήρ, Eccl. 489 n τἀκ δεξιᾶς, 482 n μή πού τις ἐκ τοὔπισθεν ὢν τὸ σχῆμα καταφυλάξῃ, Nub. 539 n σκύτινον καθειμένον/ ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου, Fr. 654 νεῖν ἐξ ὑπτίας. [1])

5. Coniungitur cum verbis bibendi, edendi sim., scilicet

---

[1]) Fr. 182 ἐπὶ τοῦ περιδρόμου στᾶσα τῆς ξυνοικίας, vid. Dind.: „Poll. „7: 125 hunc locum propter vocabulum περίδρομος affert, ubi ἐκ pro ἐπί „scriptum." Qui locus huc faceret, si ἐκ praeferendum esset. Quod secus videtur.

e poculis cett.: Ach. 74 ἐπίνομεν/ ἐξ ὑαλίνων ἐκπωμάτων καὶ χρυσίδων/ ἄκρατον αἶνον ἡδύν, Nub. 923 n T? ἐκ πηριδίου/ γνώμας τρώγων Πανδελετείους, Lys. 400 κἀκ τῶν καλπίδων/ ἔλουσαν ἡμᾶς, Eq. 699, 1289 nt, 1401, Vesp. 925 [1]), Fr. 3, 206. — Cum his componi potest locutio, quae occurrit Eq. 670 οἱ δ' ἐξ ἑνὸς στόματος ἅπαντες ἀνέκραγον (ubi nos diceremus οἱ δ' ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος κτέ., sed voculam ὡς in hac locutione Graeci omittere assolent). Minus enim significatur, os instrumentum esse, quo vox edatur, quam simpliciter, vocem ex ore emitti, cf. II: 2 ubi habebimus locutionem ἐκ τῆς καρδίας φιλεῖν.

6. Usurpatur de loco, unde quis videt, audit cett. (Belgice: «van uit»): Eq. 704 ἐκ τῆς προεδρίας .... ἔσχατον θεώμενον, Nub. 37 δάκνει με δήμαρχός τις ἐκ τῶν στρωμάτων, Eccl. 698 n ἑτέρα/ φήσει τις ἄνωθ' ἐξ ὑπερῴου, Eq. 1016 e, Plut. 9 T?, 39 t.

Quibus addam Vesp. 225 ἔχουσι γὰρ καὶ κέντρον ἐκ τῆς ὀσφύος/ ὀξύτατον, locum sane diversum, ubi tamen similis notio quietis invenitur, et aeque ac locis modo laudatis vertendum est per «van uit».

7. Denique additur verbis nectendi, quo significatur, aliam rem ex alia pendere (quo sensu ἀπὸ apud Aristophanem non occurrit): Ach. 945 m εἴπερ ἐκ ποδῶν/ κάτω κάρα κρέμαιτο, 1136 τὰ στρώματ', ὦ παῖ, δῆσον ἐκ τῆς ἀσπίδος ct. 1137; Eq. 1363, Lys. 722. [2])

8. Prorsus vim praepositionis ἀπό (cf. imprimis ἀπό II: 2 c) acquirit ἐκ Plut. 650 τὰ πράγματα/ ἐκ τῶν ποδῶν

---

[1]) Lys. 1129 μιᾶς ἐκ χέρνιβος/ βωμοὺς περιρραίνοντες. τε libri cum Suida s. v. χερνίβος, sed ἐκ a Bentleio restitutum est. Versus parodiae tribuendus fuerit cf. § 2: 2 b.

[2]) Plut. 312 n λαβόντες ὑπὸ φιληδίας/ τὸν Λαρτίου μιμούμενοι τῶν (Cob. ἐκ τῶν) ὄρχεων κρεμῶμεν.

ἐς τὴν κεφαλήν σοι πάντ' ἐρῶ, ubi tamen sensus translatus est. Fr. 94 c ὀσφῦν δ' ἐξ ἄκρων (= a summo) διακίγκλισον ἠΰτε κίγκλος/ ἀνδρὸς πρεσβύτου.

II. 1. Iam primum memorandi sunt loci, ubi vis praepositionis, de qua sub I: 1 diximus, transfertur ad notiones abstractas sim.: Nub. 33 ἐξήλικας ἐμέ γ' ἐκ τῶν ἐμῶν, Ran. 185 τίς εἰς ἀναπαύλας ἐκ κακῶν καὶ πραγμάτων; 1531 n T πάγχυ γὰρ ἐκ μεγάλων ἀχέων παυσαίμεθ' ἂν οὕτως. Postremum locum affero, quia παύεσθαι ἔκ τινος vel apud tragicos perraro obviam fit. — cf. porro Eq. 759 n T, Vesp. 866 n, Ran. 1298, Eccl. 443.

Huc etiam ascribam formulam ἐκ τούτων «haec quum ita sint», quae subinde magis minusve vim temporalem asciscit: Vesp. 346 n ἀλλ' ἐκ τούτων ὥρα τινά σοι ζητεῖν καινὴν ἐπίνοιαν, Th. 87 ἀτὰρ τίν' ἐκ τούτων σὺ μηχανὴν ἔχεις. Contra Nub. 941 n κἄτ' ἐκ τούτων, ὧν ἂν λέξῃ/ ῥηματίοισιν καινοῖς αὐτὸν/ καὶ διανοίαις κατατοξεύσω, sensus est «iis, quae dixerit, animadversiones meas adiungens». cf. I: 7.

2. Designat originem, velut ex parentibus cett.: Ach. 50 t ἐξ ἧς Λυκῖνος ἐγένετ'· ἐκ τούτου δ' ἐγὼ/ ἀθάνατός εἰμ' cett., Eq. 185 μῶν ἐκ καλῶν εἶ κἀγαθῶν; Ach. 146 ἦρα φαγεῖν ἀλλᾶντας ἐξ Ἀπατουρίων, Vesp. 9 ὕπνος μ' ἔχει τις ἐκ Σαβαζίου. Ach. 412, 741, 790, Eq. 186. 337 n, 445 n, 1167, Nub. 800, Vesp. 526 m, Pac. [1]) 1012 n, Av. [2]) 282 n,

---

[1]) Pac. 1000 n libri exhibent: καὶ τὴν ἀγορὰν ἠμῖν ἀγαθῶν/ ἐμπλησθῆναι μεγάλων σκορόδων. Dind. recepit coniecturam Hamakeri 'κ Μεγάρων pro μεγάλων, scribens: „Μεγάρων legit Scholiasta. ἀγαθῶν ab interpolatore „illatum videtur, postquam Μεγάρων in μεγάλων corruptum erat. Fort. „καὶ τὴν ἀγορὰν ἐμπλησθῆναι/ πάλιν ἐκ Μεγάρων." Legendum est cum Blaydesio ἐμπλησθῆν' ἐκ cf. § 4: 13 not.

[2]) Av. 16 ὃς ὄρνις ἐγένετ' [ἐκ τῶν ὀρνέων], supplementum versus defecti, vide Blayd. ad h. l.

283 n, 696 n, 1065 m, 1652, Th. 135, 558, 770, 787 n, Ran. 731 n, Eccl. 1057, Plut. 423. Cf. etiam Nub. 86 ἀλλ' εἴπερ ἐκ τῆς καρδίας μ' ὄντως, φιλεῖς, quo significatur, amorem revera ex corde oriri cf. I: 5 ἐξ ἑνὸς στόματος ἀνακραγεῖν. — Quod legimus **Lys. 1126 T** τοὺς δ' ἐκ πατρός τε καὶ γεραιτέρων λόγους/ πολλοὺς ἀκούσας, parodiae tribuendum est. Verbo ἀκούω imprimis additur παρά τινος vel solus genetivus, sed ἔκ τινος perrarum est, cf. Od. ὀ: 374, Herod. 3: 62. De attractione videatur I: 3.

3. Usurpatur de statu, qui ex alio statu provenit (cf. ἀντί 4c): Eq. 1321 n τὸν Δῆμον ἀφεψήσας ὑμῖν καλὸν ἐξ αἰσχροῦ πεποίηκα, Pac. 697 ἐκ τοῦ Σοφοκλέους γίγνεται Σιμωνίδης, Av. 799 n ἐξ οὐδενὸς μεγάλα πράττει, Av. 627 n, Ran. 1011 n. — Eodem fortasse pertinet Fr. 463 ἀλαβαστροθήκας τρεῖς ἔχουσαν ἐκ μιᾶς.

4. Subinde pars alicuius summae significatur, ubi sermo est de hominum multitudine (cf. ἀπό II: 1): Nub. 1089 n ξυνηγοροῦσιν ἐκ τίνων; 1090 n ἐξ εὐρυπρώκτων, 1091 n, 1092 n, 1093 n, 1094 n, Vesp. 1267 m, Th. 715 m T. — Respondet praepositioni Latinae «prae», si illa pars reliquam partem quadam ratione superare dicitur, si quid igitur illi prae hac ascribitur: Eq. 562 m Φορμίωνί τε φίλτατ' ἐκ/ τῶν ἄλλων τε θεῶν Ἀθη/ ναίοις πρὸς τὸ παρεστός (forma vix recta pro παρεστώς) «prae ceteris diis».

5. Usus Ionicus, ex quo ἐκ pro ὑπό cum genetivo personae verbis passivis vel vim passivam habentibus additur, apud Aristophanem non invenitur: bis tantum eo sensu praepositio coniungitur cum vocibus, quae in locum personarum succedunt: **Nub. 999 n** μνησικακῆσαι τὴν ἡλικίαν, ἐξ ἧς ἐνεοττοτροφήθης, **Ran. 763 n** κἄν τι σφαλῇτ', ἐξ ἀξίου γοῦν τοῦ ξύλου,/ ἤν τι καὶ πάσχητε, πάσχειν τοῖς σοφοῖς δοκήσετε.

6. Usurpatur de materia, unde quid constat (cf. ἀπό

II: 6): Eq. 1310 n εἴπερ ἐκ πεύκης γε κἀγὼ καὶ ξύλων ἐπηγνύμην, Nub. 881 n κἀκ τῶν σιδίων βατράχους ἐποίει πῶς δοκεῖς, Lys. 586 n κἄτ' ἐκ ταύτης τῷ δήμῳ χλαῖναν ὑφᾶναι, Eq. 372 n, 1167, Nub. 455 n, Pac. 4, Ran. 1282. — Eodem modo explicanda sunt Vesp. 1066 m ἀλλὰ κἀκ τῶν λειψάνων δεῖ τῶνδε ῥώμην/ νανικὴν σχεῖν «sed ex istis etiam reliquiis oportet robur adsumere iuvenile». Lys. 653 n τὸν ἔρανον τὸν γενόμενον παππῷον ἐκ τῶν Μηδικῶν «collatam ex Medorum spoliis».

7. Designat instrumenta vel omnino res, quibus quid efficitur (cf. ἀπό II: 5): Nub. 986 n ἀλλ' οὖν ταῦτ' ἐστὶν ἐκεῖνα / ἐξ ὧν ἄνδρας Μαραθωνομάχας ἡμὴ παίδευσις ἔθρεψεν, Ran. 960 n οἰκεῖα πράγματ' εἰσάγων — ἐξ ὧν γ'ἂν ἐξηλεγχόμην, 1142 ἀπώλετο — ἐκ γυναικείας χερός, Eccl. 591 n κἀκ ταὐτοῦ ζῆν, Nub. 1442 n, Lys. 571 n, Th. 736, Eccl. 548.

Contra Eq. 848 n ἐκ προνοίας/ ταύτας ἐᾶν αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξιν ἀνατεθῆναι, de mera causa accipiendum est.

8. Quae originem duxerint ex aliqua re, cum illa congruere solent: inde nascitur significatio «ex», «secundum» (cf. πρός c. gen. II: 3, cuius genetivus tamen ubique personalis est): Av. 184 ἐκ τοῦ πόλου τούτου κεκλήσεται πόλις (eo sensu apud verba nominandi Atticis usitatius est ἀπό, cf. ἀπό II: 4, Ionici, ut Herodotus, usurpant ἐπί c. gen.), Lys. 573 n κἂν ὑμῖν γ' εἴ τις ἐνῇν νοῦς, / ἐκ τῶν ἐρίων τῶν ἡμετέρων ἐπολιτεύεσθ' ἂν ἅπαντα, Th. 93 τὸ πρᾶγμα — σφόδρ' ἐκ τοῦ σοῦ τρόπου, Fr. 60 n ναῦς ὅταν ἐκ πιτύλων ῥοθιάζῃ σώφρονι κόσμῳ, «ad numeros aquam verberantium», Th. 144 T ἀλλὰ δῆτ' ἐκ τοῦ μέλους/ ζητῶ σ', 627 ἐγὼ γὰρ βασανιῶ ταύτην καλῶς/ ἐκ τῶν ἱερῶν τῶν πέρυσι, Av. 818, Th. 940 T (vide Blayd. ibid.).

9. Cum 8) arcte cohaeret vis modalis cf. Nub. 1115 n ἤν τι τόνδε τὸν χορὸν/ ὠφελῶσ' ἐκ τῶν δικαίων, «secundum

ius», «iusto modo», cf. Av. 1435 ἐκ τοῦ δικαίου, Plut. 755 οὐκ ἐκ δικαίου τὸν βίον κεκτημένοι. — Sic ἐξ ἴσου significat «aequali condicione»: Eq. 1160 ἵνα σ' εὖ ποιῶμεν ἐξ ἴσου, Ran. 867 οὐκ ἐξ ἴσου γάρ ἐστιν ἀγὼν νῷν, Fr. 236 ἐξ ἑνός γέ του τρόπου «quoquomodo» cf. Plut. 402 ἑνί γέ τῷ τρόπῳ, Th. 429 ἁμωσγέπως. — Huc etiam referendum est ἐξ ἑνὸς λόγου = ex communi consilio = communi consensu = unanimiter: Lys. 1005 πρίν χ' ἅπαντες ἐξ ἑνὸς λόγω/ σπονδὰς ποιησώμεσθα ποττὰν Ἑλλάδα, Plut. 760 ἁπαξάπαντες ἐξ ἑνὸς λόγου/ ὀρχεῖσθε.

III. 1. Significat tempus, a quo numeratur (cf. ἀπό III: 1): Ach. 17 ἐξ ὅτου 'γὼ ῥύπτομαι, Th. 747 Mnesil. πόσ' ἔτη δὲ γέγονε; cett. . . . . Mulier 1. σχεδὸν τοσοῦτον χῶσον ἐκ Διονυσίων, 950 n ἐκ τῶν ὡρῶν ἐς τὰς ὥρας. Porro: ἐξ ὅτου Ach. 596, 597, Nub. 528 n (ubi sequitur 533 ἐκ τούτου); ἐξ ὅτουπερ Plut. 85; ἐξ οὗ Ach. 628 n, Eq. 4, 644, Vesp. 887 m, Lys. 108, 759; ἐξ οὗπερ Av. 1515, Lys. 866; ἐκ παιδίου Eq. 412 n; ἐξ ἐωθινοῦ Th. 2.

Ἐκ τούτων nusquam apud Aristophanem merum tempus significat cf. II: 1, Krüger. § 68: 17: 7 «An den localen «Gebrauch des ἐξ schlieszt sich der temporale (seit, nach), «der sich zuweilen mit dem caussalen berührt: ἐκ τούτου «hierauf und deszhalb, aber ἐκ τούτων in der Regel in «Folge dessen, aus diesen Grunden».

Denique huc pertinet formula ἐξ ἀρχῆς, cuius primaria vis est «a principio». Sic Pac. 780 m L σοὶ γὰρ τάδ' ἐξ ἀρχῆς μέλει «ex aeterno tempore», Ran. 1137 αὖθις ἐξ ἀρχῆς λέγε cf. Pac. 1327 n, de eo, quod ab initio repetitur. Inde tamen in universum usurpatur, ut a Latinis «denuo», etiamsi non sermo sit de initio vel fine rei alicuius. Quae significatio magis etiam augetur adverbiis πάλιν et αὖθις, similiter ac «rursus denuo» occurrit apud Plautum, et «weder op nieuw» a nostratibis usurpatur: Pac.

997 n μῖξον δ' ἡμᾶς τοὺς Ἕλληνας/ πάλιν ἐξ ἀρχῆς/ φιλίας χυλῷ, 1327 m; Plut. 221 ἦν γε πλουτήσωσιν ἐξ ἀρχῆς πάλιν, 866 εἰ πάλιν ἀναβλέψειεν ἐξ ἀρχῆς, 1113 ἀφ' οὗ γὰρ ἤρξατ' ἐξ ἀρχῆς βλέπειν.

2. Indicat aliquid statim post aliquid fieri (cf. ἀπό III: 2): Ach. 277 m ἐκ κραιπάλης/ ἕωθεν εἰρήνης ῥοφήσει τρύβλιον, Vesp. 1255; Av. 1286 εὐθὺς — ἐξ εὐνῆς, ubi tamen etiam vis localis cernitur; Eccl. 85 ἡκκλησία δ' — ἐξ ἕω γενήσεται «statim ab aurora».

2. ΠΡΟΣ.

A. Cum genetivo.

I. Ut ἐκ in ἐκ δεξιᾶς, cf. ἐκ I: 4, πρός c. gen. ubique explicandum est, ubi vim localem habet: Vesp. 1221 ξένος τις ἕτερος πρὸς κεφαλῆς Ἀκέστορος, 1236 Θέωρος πρὸς ποδῶν (sc. σῶν) κατακείμενος cf. 1414 T; Av. 66 καὶ μὴν ἐροῦ τὰ πρὸς ποδῶν sc. κεχεσμένα, sed de Vesp. 438 n ὦ Κέκροψ ἥρως ἄναξ, τὰ πρὸς ποδῶν Δρακοντίδη, dissentiunt viri docti. Dubium enim est, utrum in hunc locum eadem quae in Av. 66 explicatio cadat, an de forma pedum ipsorum cogitandum sit, vide Droysenum aliosque.

Ad I pertinet etiam πρὸς (τῶν) γονάτων, de quo sub II dicemus.

II. 1. Plerumque (42 de 54 vicibus) adhibetur πρός c. gen. in formulis precandi. Formula πρὸς (τῶν) γονάτων a prima origine localis est, cum supplices genua hominum vel deorum amplecti solerent, sed postea pro mera precandi formula usurpabatur, etiamsi non ad eorum genua procumberent: Ach. 414, Pac. 1113 e, Eq. 1299 m tT? Πρός semper regit genetivum nominis appellativi vel proprii deorum, quos quis testes invocat supplicationis, exceptis tribus locis modo laudatis, et Pac. 378, Th. 936,

ubi coniungitur cum genetivo rerum, quarum mentionem supplicans alicuius momenti esse censet ad votum impetrandum. Sic Pac. 378 legimus: ναὶ, πρὸς τῶν κρεῶν / ἀγὼ προθύμως σοι φέρων ἀφικόμην. Ecce series formularum huc pertinentium:

πρὸς τῶν γονάτων Ach. 414, Pac. 1113 e; πρὸς γονάτων Eq. 1299 m tT?; πρὸς τῶν θεῶν Ach. 95, Eq. 341 n, 1390, Nub. 200, 481, 784, 1104 n, Vesp. 483 n, 760, 919, 1218, 1388, 1418, Pac. 322, 376, Av. 69, 996, Lys. 850, 857, 1245, Th. 172, 228, Ran. 1248, Eccl. 562, Plut. 458, 1176; πρὸς θεῶν Pac. 9, Av. 663, Eccl. 1095, Plut. 1147, Fr. 146 n T; πρὸς πάντων θεῶν Vesp. 1136; πρὸς τοῦ Διός Nub. 314 n, Av. 130; πρὸς Διός Ran. 756; πρὸς τῆς Γῆς Nub. 366 n; πρὸς τῆς Ἑστίας Plut. 395, πρὸς τῶν κρεῶν Pac. 378; πρὸς τῆς δεξιᾶς Th. 936.

a. ex hac enumeratione statim apparet, articulum raro omitti, nempe 8-ies tantum de vicibus 42.

b. raro formulae additur epexegesis: Ran. 756 πρὸς Διὸς, ὃς ἡμῖν ἐστιν ὁμοματιγίας, Pac. 378, Av. 130, Th. 936.

c. ter praefigitur ὦ: ὦ πρὸς τῶν θεῶν, Vesp. 483 n, Lys. 857, Plut. 458.

d. ter additur ἀντιβολῶ σε: Ach. 414 ἀλλ' ἀντιβολῶ πρὸς τῶν γονάτων σ', Εὐριπίδη, Nub. 314 n, Pac. 376. Semel ἀντιβολῶ sine pronomine, Vesp. 1388.

e. alia ellipsis subinde se offert, ubi quod optatur vel rogatur ex praecedentibus supplendum est: Pac. 378 Herm. οὐκ ἂν σιωπήσαιμι. Tryg. ναὶ, πρὸς τῶν κρεῶν cett., Nub. 784, Pac. 1113 e, Lys. 857, Th. 172, Eccl. 1095.

f. Ad locum, quem obtinent hae formulae, si spectamus, ponuntur in media sententia 22-ies, cf. Eq. 341 n πάρες πάρες πρὸς τῶν θεῶν αὐτῷ διαρραγῆναι, Ach. 414 ἀλλ' ἀντιβολῶ πρὸς τῶν θεῶν σ', Εὐριπίδη. — praemittitur 11-ies, cf. Vesp. 1218 πρὸς τῶν θεῶν, ἐνύπνιον ἐστιώμεθα;

Nub. 314 n πρὸς τοῦ Διὸς ἀντιβολῶ σε, φράσον, τίνες εἶσ', ὦ Σώκρατες, αὗται; — postponitur 8-ies cf. Nub. 481 τί δέ; τειχομαχεῖν μοι διανοεῖ, πρὸς τῶν θεῶν; Vesp. 1388 ἴθι μοι παράστηθ', ἀντιβολῶ πρὸς τῶν θεῶν.

g. denique duo genera sententiarum distinguenda sunt, quibus hae formulae adduntur. Nempe coniunguntur:

α. supplicationi: Ach. 414, Eq. 341 n, 1299 m tT?, 1390, Nub. 784, Vesp. 760, 919, 1388, 1418, Pac. 9, 322 n, 376, 378, 1113 e, Av. 130, 663, Lys. 850, 857, 1245, Th. 228, 936, Ran. 756, Eccl. 562, 1095, Plut. 1147, Fr. 146 nT. (cf. Eur. Hipp. 219). Supplicatio subinde transit in iussum: Vesp. 483 n ἆρ' ἄν, ὦ πρὸς τῶν θεῶν, ὑμεῖς ἀπαλλαχθεῖτέ μου; Nub. 1104 n, Ran. 1248.

β. quaestioni vel exclamationi curiosae: sed β arctissime cohaeret cum α, quod imprimis elucet ex Nub. 314 n πρὸς τοῦ Διὸς ἀντιβολῶ σε, φράσον, τίνες εἶσ', ὦ Σώκρατες, αὗται; vide porro 366 n ὁ Ζεὺς δ' ὑμῖν, φέρε, πρὸς τῆς Γῆς, οὐλύμπιος οὐ θεός ἐστιν; Plut. 395 πρὸς τῆς Ἑστίας; ubi e superioribus mente supplendum est ἀντιβολῶ σε, μῶν λέγεις ἀληθῆ; Ach. 95, Nub. 200, 481, Vesp. 1136, 1218, Av. 69, 996, Th. 172, Plut. 458, 1176.

Ex I oriuntur significationes translatae, quas sub 2) et 3) commemorabo:

2. «e re alicuius»: uno loco eoque in melicis: Vesp. 648 m μὴ πρὸς ἐμοῦ λέγοντι. Qui usus multo frequentior est apud Thucydidem. Grundström, p. 55, 56 duodecim exempla contulit, addens haec: «hic etiam, ut in accusa-«tivo vidimus, longe usitatissima est translata vis et magna «eius varietas; et ex ea frequentissima est significatio «e «re», rarissimae «ab» et «per»».

Ex his fortasse concludere licet, πρός c. gen. hoc sensu minus in simplici sermone quotidiano (quem Aristophanis diverbia potissimum in trimetris iambicis praebent), quam

in subtiliore genere scribendi usitatas fuisse. Sed haec et alia huius generis verbo tantum attingo, cum tales comparationes non accurate fieri possint, priusquam praepositionum usus apud omnes scriptores diligenter investigatus sit. Relinquenda igitur sunt ei, qui postquam omnes explorati sunt, quomodo singuli hac in re inter se discrepent, ostendet.

3. «ex ingenio alicuius», quod etiam solo genetivo exprimi potest (cf. ἐκ c. gen. rei II: 8): Vesp. 1014 n τοῦτο γὰρ σκαιῶν θεατῶν ἐστὶ πάσχειν, κοὐ πρὸς ὑμῶν, Plut. 355 τὸ δ' αὖ δεδοικέναι/ πρὸς ἀνδρὸς οὐδὲν ὑγιές ἐστ' εἰργασμένου, Eq. 191, Vesp. 369 n, Th. 177 T, Ran. 534 m, 540 m.

4. Semel pendet ex verbo πάσχειν, quae ratio dicendi (pro ὑπό c. gen., vid. ibid. II: 1) ceteroquin dialecti Ionicae et poetarum tragicorum est: **Nub. 1122 n** προσσχέτω τὸν νοῦν πρὸς ἡμῶν οἷα πείσεται κακά.

Alius usus, qui semel tantum invenitur, extat Ran. 1149 οὕτως ἂν εἴη πρὸς πατρὸς τυμβωρύχος, ut nos dicimus «van vaders wege»: designatur enim munus Mercurii esse hereditarium. Ceteroquin formulae, quales sunt θεῖος πρὸς μητρός cett., nusquam apud Aristophanem occurrunt.

B. Cum dativo.

I. De eo, quod alicui rei finitimum est, quod aliquem locum attingit (cf. πρός c. acc. I: 4, ἐπί c. gen. I: 2, c. dat. 1: 2): Vesp. 1109 n οἱ δ' ἐν ᾠδείῳ δικάζουσ', οἱ δὲ πρὸς τοῖς τειχίοις, Av. 1553 m T πρὸς δὲ τοῖς Σκιάποσιν λίμνη τις ἔστ' «in Sciapodum finibus», Eccl. 1101 Φρύνην ἔχουσαν λήκυθον πρὸς ταῖς γνάθοις, Nub. 163, Av. 1482 m T, 1694 m T?, Lys. 282 n, Eccl. 502 n, Plut. 543 n.

Bis cum verbo movendi: Ach. 1183 T πτίλον — πεσὸν/ πρὸς ταῖς πέτραισι, Th. 940 πρὸς τῇ σανίδι δεῖν (cf. ἐν I: 9).

Quae per tmesin explicanda esse videntur, = προσπίπτειν ταῖς πέτραις, προσδεῖν τῇ σανίδι.

II. Usus translatus notionem praebet adiungendi vel addendi aliquid alicui rei (cf. ἐπί c. dat. II: 2 c): Eq. 1075 πῶς οὖν ἀλώπηξ προσετέθη πρὸς τῷ κυνί, Vesp. 565 n cf. etiam Nub. 1010 n ἦν — πρὸς τούτοις προσέχῃς τὸν νοῦν: Nub. 1256 προσαποβαλεῖς ἄρ' αὐτὰ πρὸς ταῖς δώδεκα, Ach. 914, Nub. 720, Th. 23, Ran. 553, 1133. Praecipue in formula πρὸς τούτοις «praeterea» Eq. 541 n, 815 n, Nub. 1022 n, 1219, Vesp. 686 n, 776, Av. 1109 n, Th. 816 n, Ran. 1194, Plut. 540 n; πρὸς τούτῳ Th. 668 m. Bis tantum cum dativo personae Eccl. 1116 ἐγώ τε πρὸς τούτοισιν ἡ διάκονος cf. Ran. 152. — Fr. 495 incertum est, utrum de personis an rebus sermo sit.

C. Cum accusativo.

I. 1. Usurpatur de motu, qui versus aliquem vel aliquid dirigitur, imprimis apud verba eundi sim., veluti πέτεσθαι, ἐλαύνειν, (cf. ὡς 1., παρά c. acc. I: 1, ἐπί c. acc. 2 a, ἐς I: init.). Subinde motus ad finem suum pervenisse cogitandus est, scilicet si praepositio pendet ex praeterito, ut Av. 1212 πρὸς τοὺς κολοιάρχους προσῆλθες; vel ex verbis ἥκειν, ἀφικνεῖσθαι (cf. παρά c. acc. I: 1, ἐπί c. acc. 2 b, ἐς 1 d apud ἥκειν, παρεῖναι sim.).

a. cum accusativo personae: Ach. 629 n παραβαίνειν πρὸς τὸ θέατρον cf. Eq. 508 n, Pac. 735 n; Ach. 1032 κλᾶε πρὸς τοὺς Πιττάλου «abi ploratum ad Pittaci discipulos»; Av. 1169 ἐσθεῖ (sc. ἐς τὴν Νεφελοκοκκυγίαν, nisi legendum est προσθεῖ) πρὸς ἡμᾶς δεῦρο, Lys. 1137 πρὸς γὰρ ὑμᾶς τρέψομαι (cf. II: 3). Adiectivo additur πρός τινα Fr. 500, ubi poeta de grandioribus virginibus dicit: πρὸς ἄνδρας εἰσὶν ἐκπετήσιμοι σχεδόν. — Eq. 72, 243 n, Nub. 979 n, 1104 n, Vesp. 1026 n, Av. 120, 411 m, 1212, 1230, Lys. 214 = 215, 688 n, Th. 513, 933, Ran. 400 m,

Plut. 823, 844, 928, Fr. 16 (vide Blayd.), 78. — Plut. 32, 653 optimus codex Ravennas exhibet πρὸς τὸν θεόν. Male Dindorfius priore loco alios codices sequens, ὡς in textum recepit, altero vel πρός in ὡς mutavit, quamvis 823, 827, 840, 844 inveniatur πρὸς τὸν θεόν.

Ex ἥκειν, ἀφικνεῖσθαι pendens, praepositio nihilominus notionem motus praecedentis involvit: Plut. 840 πρὸς τὸν θεὸν/ προσευξόμενος ἥκω, Lys. 87, Plut. 827; Th. 180 ἱκέτης ἀφῖγμαι πρὸς σέ.

b. cum accusativo rei vel loci: Eq. 1217 βάδιζέ νυν καὶ δεῦρο πρὸς τὴν Παφλαγόνος sc. κίστην, Pac. 507 πρὸς τὴν θάλατταν ὀλίγον ὑποχωρήσατε, 1183 n προσστὰς πρὸς τὸν ἀνδριάντα, «consistens ad», Vesp. 267 m οὐ φαίνεται δεῦρο πρὸς τὸ φῶς, Av. 1007 φέρουσαι ὁδοὶ — πρὸς αὐτὸ τὸ μέσον. Huc etiam referri potest Fr. 445 a τοῦ ταλάντου τὸ βέπον/ κάτω βαδίζει, τὸ δὲ κενὸν πρὸς τὸν Δία, «ad caelum», «sursum». Nub. 69, Av. 216 n, 241 m, 837, 1563 m T, Lys. 1214 m, 1264 m, Th. 69, 1101 t T? Eccl. 497m, 1149, Plut. 659 [1]), 1169, Fr. 18. Semel pendet ex composito verbi πίπτειν: Eq. 31 T προσπίπτειν πρὸς βρέτας [2]).

2. Alius sensus efficitur paucis locis, ubi non motus in locum aliquem, sed per quoddam acclive, ascensus per viam arduam significatur: Lys. 117 ἐγὼ δὲ καί κα ποττὸ Ταΰγετόν γ' ἄνω/ ἕλσοιμι, Pac. 70 πρὸς ταῦτ' (sc. κλιμάκια) ἀνηρριχᾶτ' ἂν ἐς τὸν οὐρανόν. Fortasse huc pertinet Fr. 55 μέσην (sc. ὁδὸν) ἔρειδε πρὸς τὸ σιμόν. Attamen etiam fieri potest, ut sensus sit «mediam calca (viam) ad locum acclivem (pergens)». Notio acclivitatis non minus adesse

---

[1]) Plut. 1131 ὀδύνη σε περὶ (V.) τὰ σπλάγχν' ἔοικέ τις στρέφειν. Ceteri codices habent πρός, sed περί vera lectio est, cf. περί c. acc. I: 1 b.

[2]) Eq. 32 ποῖον βρέτας . . . .; ἑτεὸν ἥγεῖ γάρ θεούς; Dind. coniecit πρός. Coniectura parum probabilis, cf. § 2: 4 not.

videtur Av. 1398 m τοτὲ μὲν νοτίαν στείχων πρὸς ὁδόν, ubi sermo est de Cinesia, qui pennis se levare vult ad nubes et Olympum. De eadem potestate praepositionis ἀνά cf. ἀνά I: 2 a (προσάντης = ἀνάντης, quae voces tamen apud Aristophanem non inveniuntur).

3. Directionem indicat pendens ex verbis movendi:

a. cum accusativo personae: Eq. 710 ἕλκειν πρὸς τὸν δῆμον, Vesp. 1407 προσκαλεῖσθαι πρὸς τοὺς ἀγορανόμους, Plut. 398 διαπέμπειν. Quibus addi potest Nub. 233 ἡ γῆ βίᾳ/ ἕλκει πρὸς αὑτὴν τὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος, ubi terra fere personae fictio est.

b. cum accusativo rei: Nub. 632 καλεῖν πρὸς τὸ φῶς, Vesp. 450 n προσαγαγὼν πρὸς τὴν ἐλάαν, Pac. 158 n, Av. 1110 n, Lys. 229 = 230, Ran. 537 m. Motum saepe non tantum dirigi ad rem, sed rem attingere, vel etiam alteram rem alteri annecti, apparet ex locis, quales sunt Eq. 910 n ἀποψῆν πρὸς τὴν κεφαλήν, Plut. 942 πρὸς τὸ μέτωπον προσπατταλεύσω, Nub. 440 n, Vesp. 199, Lys. 82, 1253 m, Ran. 482.

4. [1]) Th. 69 legimus ἦν μὴ προΐῃ θύραζε πρὸς τὸν ἥλιον, sed etiam ex verbis quiescendi πρός cum tali accusativo saepe pendet, volgo reddendum per «ad» cf. ad solem, ignem, lucernam, myrtum cett. (sed «sub dio»). Notio movendi, quamquam prima causa huius accusativi fuit (cf. Krebs. p. 119), plerumque plane interiit: Vesp. 772 ἡλιάσει πρὸς ἥλιον, Eccl. 64 ἑστῶσα πρὸς τὸν ἥλιον, Nub. 771, Pac. 567 n, Fr. 501; Fr. 524 πρὸς εἴλην: Vesp. 773 πρὸς τὸ πῦρ καθήμενος, Ach. 751, Pac. 1131 m; Nub. 198 πρὸς τὸν ἀέρα/ ἔξω διατρίβειν: Plut. 1129 πρὸς τὴν αἰθρίαν,

[1]) De hac significatione, quae apud Aristophanem, ut apparet, etiam in trimetris iambicis, satis frequens est, in grammaticis et Kühneri et Krügeri fere tacetur.

Th. 1001; Pac. 692 πρὸς λύχνον βουλεύσομεν: Fr. 377 ἥδεν — πρὸς μυρρίνην.

Praeterquam in his locutionibus, quae unam fere speciem praebent, tantum duobus locis vicinitas indicatur cum notione quietis: Fr. 251 n πρὸς τὸν στροφέα τῆς αὐλείας κατορύττειν. Aliter explicandum esse videtur, quod legimus Lys. 288 m χωρίον / τὸ πρὸς πόλιν, το σιμόν: ibi enim cernitur, ut ita dicam, usus geographicus praepositionis, quo designatur cf. Grundström p. 11: «aliquid in quendam aut locum aut «coeli tractum vergere eoque spectare». Alterum scilicet de planis, alterum de montium cacuminibus, sim. Hic usus apud Thucydidem, ut qui totus in rebus geographicis versetur, admodum frequens est.

5. Mera vis localis cernitur denique, ubi directio indicatur apud verba videndi (cf. κατά c. acc. I: 2 a, ἐς I: 3): βλέπειν πρός τινα Pac. 635 n, Ran. 544 m; ἀποβλέπειν πρός τινα Ach. 291 m; βλέπειν πρὸς τὴν Πάρνηθα Nub. 323 n; κεχηνέναι πρός τινα Eq. 651, 804 n, 1118 m; — πρός τι Nub. 996 n.

Sed Av. 1334 m ἔπειτα δ' ὅπως φρονίμως / πρὸς ἄνδρ' ὁρῶν πτερώσεις, sensu translato dictum est «unumquemque considerans». Πρὸς ἄνδρα, omisso ὁρῶν, referendum esset ad II: 5 b.

II. 1. Eandem vim, quam sub I: 1 b habuimus, sed translatam praebet πρός c. acc., ubi significatur aliquem aggredi opus aliquod; cum τρέπεσθαι Av. 717 n, 718 n (ter), 1450, χωρεῖν Pac. 555 n, Ran. 882 m. Loco postremo: νῦν γὰρ ἀγὼν σοφίας ὁ μέγας χωρεῖ πρὸς ἔργον ἤδη, est χωρεῖ πρὸς ἔργον plane idem atque ἄρχεται, cf. etiam Th. 1128 T πρὸς τίνας στρεφθῶ λόγους;

2. Ex I: 3 b nascitur vis translata, quae occurrit: Nub. 63 ἡ μὲν γὰρ ἵππον προσετίθει πρὸς τοὔνομα cf. Ran. 1215; Nub. 1375 n ἔπος πρὸς ἔπος ἠρειδόμεσθ', Th. 802 n σκεψώ-

μεθα δὴ κἀντιτιθῶμεν πρὸς ἕκαστον. — Ach. 951 m τοῦτον λαβὼν πρόσβαλλ' ὅπου/ βούλει φέρων/ πρὸς πάντα συκοφάντην, ab aliis aliter explicatur. Brunckius πρὸς πάντα reddit per «aptum ad omnia», ita ut ellipsis adiectivi χρήσιμον statuenda esset. Inclinaverim coniungere πρὸς πάντα cum πρόσβαλλ': pro ὅπου cum Blaydesio legendum videtur ὅποι. Ribbeckius: «statt πρὸς πάντα scheint es heissen zu müssen: «πρόπαντα συκοφάντην».

3. Πρός prope accedit ad significationem localem, ubi accusativum regit personae, ad quam quis verba faciens se convertit, λέγειν πρός τινα, cf. Lys. 1137 πρὸς γὰρ ὑμᾶς τρέψομαι. Sed λέγειν πρός τι prorsus translatum est et semper conamen refutandi involvit. Verbis dicendi praemittimus κεκραγέναι πρός τινα Ran. 982 n, quo quid iubetur, distinguendum a κεκραγέναι πρός τι Ach. 804, quo quid petitur.

a. πρός τινα pendet e sequentibus verbis dicendi: λέγειν Ach. 690 n, Nub. 1352 n, Lys. 414, 993, Plut. 252; ἀντιλέγειν Ran. 1007 nt; εἰπεῖν Eq. 899 n, Vesp. 44, Pac. 658, 660, 661; ἀντειπεῖν Nub. 1079, Eccl. 249; κατειπεῖν Nub. 517 n, Av. 594 n; λαλεῖν Pac. 539; μυσίδδειν (= μυθίζειν) Lys. 95, 1076; φάναι Vesp. 78, Av. 397 n; φράζειν Nub. 359 n, Vesp. 335 m. — Substantivo λόγος additur πρός τινα: Av. 315 m, 336 n. Denique verbis dicendi adicimus διαβάλλειν πρός τινα Eq. 811 n, Th. 410.

In his omnibus verti potest per «ad». Uno alterove loco tamen praepositio melius redditur per «apud», «coram» (cf. ἐν I: 11): Ach. 312 n ταῦτα δὴ τολμᾷς λέγειν/ ἐμφανῶς ἤδη πρὸς ἡμᾶς; «haecine audes dicere palam coram nobis?» Eccl. 168 βλέψασα γὰρ/ ἐκεῖσε πρὸς γυναῖκας ᾠόμην λέγειν «quippe eo respiciens, coram mulieribus dicere me putabam». — Quae versio imprimis apta est Ach. 632 n διαβαλλόμενος δ' ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν. . . . ἀποκρίνεσθαι δεῖται

νυνὶ πρὸς Ἀθηναίους μεταβούλους «nunc opus est ut respon-«deat (scil. illis obtrectatoribus) apud Athenienses mutare «solitos consilia». Eodem sensu semel ᾄδειν coniungitur cum πρός τινα: Ran. 1307 πρὸς ἥνπερ ἐπιτήδεια τάδ' ἔστ' ᾄδειν μέλη. — Quibus locis secundum nonnullos adnumerandus est Ach. v. 111 ἄγε δὴ σὺ φράσον ἐμοὶ σαφῶς πρὸς τουτονί, de quo Schuetzius dicit haec: «Haud scio tamen an «πρὸς τουτονὶ significet, coram illo, prope illum scil. lega-«tum, ita ut ille exaudire possit, quid dicas. Intererat «enim Dicaeopolidis, ipsius Pseudartabae testimonio legatum «vanitatis convinci». Tum vero mirum est Dicaeopolidem versu praecedenti (110) ad eundem legatum dicere, ἀλλ' ἄπιθ', ἐγὼ δὲ βασανιῶ τοῦτον μόνος. Brunckius explicat: «πρὸς τουτονί. Huic viro δεικτικῶς, ἐμοὶ et πρὸς τουτονὶ «posita sunt ἐκ παραλλήλου». Fortasse cum Reiskio legendum est πρὸς τουτουί «ego te adiuro per hunc ἱμάντα, «quem simul ostendit, per hanc scuticam».

Restat ut eos locos afferam, ubi accusativus pronominis reflexivi invenitur: Pac. 67 φάσκειν πρὸς ἑαυτόν «secum loqui», et sic Eccl. 931 ᾄδειν —, 880 μινύρεσθαι —, Ran. 53 ἀναγιγνώσκειν — «apud se cantare, cantillare, legere». Quin etiam Eccl. 1060 occurrit θαρρῆσαι πρὸς ἑαυτόν.

b. πρός τι: λέγειν Nub. 1030 m, Ran. 117 (ell.), 993 m; ἀντιλέγειν Nub. 888; εἰπεῖν Vesp. 793, Th. 707 m, Ran. 1243; ἀντειπεῖν Ach. 701 m cf. Nub. 294 n ἀνταποπαρδεῖν πρὸς τὰς βροντάς.

Verba dicendi volgo aut obiectum habent, sive nomen velut τἀληθῆ, sive totam sententiam velut Ach. 690 n καὶ λέγει πρὸς τοὺς φίλους·/ οὔ μ' ἐχρῆν σορὸν πρίασθαι cett., aut oratio continuatur per ὅτι. Hic illic tamen absolute usurpantur: Ach. 632 n, Vesp. 335 m, Pac. 539, Ran. 1007 nt, 1243, Eccl. 168, 249, 931.

4. Notio directionis inhaeret etiam multis dictionibus, quibus animus *a*) infensus vel *b*) benignus in aliquem significatur, sive de affectione tantum, sive de actione sermo fit (cf. ἐπί c. acc. 3):

a. Lys. 887 χᾆ δυσκολαίνει πρὸς ἐμὲ καὶ βρενθύεται, Eq. 511 n καὶ γενναίως πρὸς τὸν Τυφῶ χωρεῖ καὶ τὴν ἐριώλην, Ach. 1134, 1135, Nub. 480, 1032 m, Av. 1189 m T, 1597, Th. 806 n (bis), Ran. 794. — Quibuscum componi potest Eq. 397 m ὡς δὲ πρὸς πᾶν ἀναιδεύεται.

b. σπονδὰς ποιεῖν Ach. 52, 131; — ποιεῖσθαι Lys. 1006, Th. 1161; συμβάλλειν πρὸς ἀλλήλας.... ἱμάτια «mutuas inter se dare vestes» Eccl. 446; βούλει διὰ χρόνου πρός με παῖσαι; Plut. 1055. Etiam πωλεῖν, ἀγοράζειν Ach. 625, πωλεῖν Ach. 722, ubi tamen non minus vis localis cernitur: est enim πωλεῖν πρός τινα «merces suas vendendi causa portare ad aliquem» cf. πωλεῖν ἐς Χίον (ἐς I: 2 b).

5. Subinde nihil aliud indicatur nisi:

a. spectare quid ad aliquid (cf. ἐς II: 3 c, ἐπί c. dat. II: 4).

b. accedere quid ad similitudinem alicuius rei.

c. comparari quid cum aliqua re.

a. Av. 970 ἠνίξαθ' ὁ Βάκις τοῦτο πρὸς τὸν ἀέρα, Eq. 202 πῶς οὖν πρὸς ἐμὲ ταῦτ' ἐστίν; Plut. 842 τὸ τριβώνιον δὲ τί δύναται πρὸς τὸν θεόν; Eq. 206, Nub. 1188, Pac. 45. Huc facit etiam Eccl. 751 οὐ γὰρ τὸν ἐμὸν ἰδρῶτα καὶ φειδωλίαν / οὐδὲν πρὸς ἔπος οὕτως ἀνοήτως ἐκβαλῶ. Ἔπος est oratio, argumentum orationis, res de qua quis orationem habet: οὐδὲν πρὸς ἔπος ταῦτά φασιν Luc. Philops. 1 est «quod dicit, nihil ad rem facit»: inde οὐδὲν πρὸς ἔπος = = nihil ad rem, sine utilitate, sine causa.

Πρὸς ταῦτα praemittitur adhortationi vel postulationi: mente suppleri potest σκοπῶν vel simile quid cf. Eq. 760 n. Ibi Chorus ad isiciarium de Cleone dicit: ποικίλος γὰρ ἀνὴρ / κἀκ τῶν ἀμηχάνων πόρους εὐμήχανος πορίζειν, qui-

bus statim subicit haec: πρὸς ταῦθ' ὅπως ἕξει πολὺς καὶ λαμπρὸς ἐς τὸν ἄνδρα. — Nub. 1433 n πρὸς ταῦτα μὴ τύπτ' εἰ δὲ μή, σαυτόν ποτ' αἰτιάσει, Nub. 990 n, Vesp. 649 n, 927, 1386, Pac. 416, 765 n, 1315 n, Eccl. 486 m, 851, 1140, Fr. 1.

Πρὸς τάδε Eq. 622 m, Pac. 305 n. Volgo verti potest per «quamobrem», «proinde». Uno tantum loco formula provocationem praecedit: Ach. 659 n T πρὸς ταῦτα Κλέων καὶ παλαμάσθω καὶ cett.

b. Th. 149 sq. χρὴ γὰρ ποιητὴν ἄνδρα πρὸς τὰ δράματα / ἃ δεῖ ποιεῖν, πρὸς ταῦτα τοὺς τρόπους ἔχειν (de iteratione praepositionis ante pronomen demonstrativum cf. Nub. 420 sqq., vide Krüger. § 68: 7: 1). Conferantur praeterea Ach. 783 ποττὰν ματέρ' εἰκασθήσεται et locus Av. 1334 m ascriptus ad I sub finem. Haud scio an huc referendum sit Eq. 564 m ubi chorus Neptunum celebrat: Φορμίωνί τε φίλτατ' ἐκ / τῶν ἄλλων τε θεῶν Ἀθη / ναίοις πρὸς τὸ παρεστός (forma vix recta pro παρεστώς) i. e. «secundum «praesentem statum», «ut e felicibus rebus praesentibus «conicere licet», vid. Kock. ad h. l.: «Erst kürzlich hatte «Poseidon den Athenern seine Huld bewiesen, als Gott «des Meeres durch die glückliche Seeschlacht in dem «Hafen von Pylos und als Ἵππιος durch den Sieg der «Ritter in Korinthia (595 sqq.)»

Eadem potestas cognoscitur in locutionibus adverbialibus πρὸς βίαν et πρὸς ὀργήν. Invenimus πρὸς βίαν πίνειν Ach. 73, — χειροῦν Vesp. 443 n, — ἑξαιρεῖν Vesp. 1080 n, — χρῆσθαι Ran. 1457, — ἀναγκάζειν Eccl. 467. Haec formula bis, articulo addito, naturam substantivi induit: Lys. 163 οὐ γὰρ ἔνι τούτοις ἡδονὴ τοῖς πρὸς βίαν, Eccl. 471 τὸ πρὸς βίαν δεινότατον. Πρὸς ὀργήν: Ran. 844 tT? καὶ μὴ πρὸς ὀργὴν σπλάγχνα θερμήνῃς κότῳ, 856 — ἐλέγχειν, 998 m — ἀντιλέγειν.

c. Lys. 860 λῆρός ἐστι τἄλλα πρὸς Κινησίαν, Eccl. 969 m, Fr. 413. Eadem vis fortasse praepositioni vindicanda est Fr. 180 καταπυγοσύνη ταῦτ' ἐστὶ πρὸς κρέας μέγα, quae in interpretatione Latina edita apud Didot. redduntur sic: «cinaedorum deliciae sunt, si comparentur cum carne «magna». Locus satis obscurus est, vide Blayd. ad fr. 137: «latet obscoeni aliquid, cf. ad Eq. 428. Pro πρὸς reponen-«dum forsan καί».

6. Uno loco πρός accusativum regit rei, ad quam qualitas quaedam pertinere vel conducere cogitatur (cf. ἐς II: 3e): Plut. 831 εἶναι νομίζων χρήσιμον πρὸς τὸν βίον.

7. Subinde id, ad quod actio pertinet, cogitatur tanquam aliquid, quod occupandum est (cf. ἐς II: 3g): Nub. 176 τί οὖν πρὸς τἄλφιτ' ἐπαλαμήσατο: Eq. 219, Nub. 648, Th. 586 t.

III. Cum usu locali, vicinitatem indicante, de quo sub I: 4 exposuimus, comparari potest usus temporalis, quo significatur tempus tempori proxime praecedens (cf. ὑπό c. acc. III, περί c. acc. III): πρὸς ὄρθρον Lys. 1089, Eccl. 20; πρὸς ἕω Eccl. 312; πρὸς ἑσπέραν Lys. 412. — Vesp. 1085 n libri omnes casus exhibent: πρὸς ἑσπέραν V., πρὸς ἑσπέρας R., πρὸς ἑσπέρᾳ cett. Ultro intellegitur primam lectionem recipiendam esse.

3. ΕΠΙ.

A. Cum genetivo.

I. Ἐπί c. gen. saepissime vim primariam localem tenet, nempe 67 (de 84) locis, quorum longe plurimi:

1. quietem indicant super aliqua re [1]): Ach. 70 ἐφ'

---

[1]) Vesp. 808 παρὰ σοὶ κρεμήσετ' ἐγχὺς ἐπὶ τοῦ παττάλου, ἀπὸ Halb., ἐκ Bergk. — Attamen ἐπί defendi potest, nam eiusmodi vasa, ut in

ἁρμαμαξῶν μαλθακῶς κατακείμενοι cf. Eq. 968, Plut. 1014; Eccl. 909 m κἀπὶ τῆς κλίνης ὄφιν — εὗροις cf. Lys. 575 n; Nub. 218 οὐπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ cf. Pac. 896, Lys. 923; Nub. 1502 οὐπὶ τοῦ τέγους cf. Vesp. 68, Lys. 389, 395; Pac. 452 ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γ' ἕλκοιτο μαστιγούμενος cf. Lys. 846, Plut. 875; Pac. 81 αἴρεται/ ἱππηδὸν ἐς τὸν ἀέρ' ἐπὶ τοῦ κανθάρου cf. Lys. 60, 723. — Lys. 562 n ἐφ' ἵππου recte receptum est (ἔφιππον R., ἐφ' ἵππον Aug., ἐφ' ἵππῳ Schol. Pluti 427). Lys. 679 n ἃς Μίκων ἔγραψ', ἐφ' ἵππων μαχομένας τοῖς ἀνδράσιν (Cob. ἀφ', vide tamen Blayd. ad h. l.); Ran. 52 ἐπὶ τῆς νεὼς ἀναγιγνώσκοντί μοι cf. Pac. 699 L; Fr. 49 ὀπτωμέναις κόγχαισιν ἐπὶ τῶν ἀνθράκων cf. 185 a, locus ceteroquin corruptus [1]); Fr. 182 ἐπὶ (v. l. ἐκ) τοῦ περιδρόμου στᾶσα τῆς ξυνοικίας et 274 ἀλλ' ὥσπερ λύχνος/ ὁμοιότατα καθεύδετ' ἐπὶ τοῦ λυχνιδίου, etiam huc referenda sunt: sed altero loco, quod attinet ad servum, significatio, de qua sub 2) dicemus, invenitur, «dormire ad lucernam». — Ran. 928 n ἢ 'π' ἀσπίδων ἐπόντας/ γρυπαέτους χαλκηλάτους cf. Nub. 1176 ἐπὶ τοῦ προσώπου τ' ἐστὶν Ἀττικὸν βλέπος. Eadem denique vis praepositionis ἐπί c. gen. observari potest Eccl. 756 τί δῆτ' ἐπὶ στοίχου 'στὶν οὕτως, ut et nos dicimus «op eene lijn».

Semel usurpatur de parte corporis, in qua sedetur: Ach. 638 εὐθὺς διὰ τοὺς στεφάνους ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε, quo cum loco componi potest, si Blaydesius recte coniecit: Fr. 469 c (Blayd. fr. 545) τίς δὲ εἷς ἐγγύ-

---

nostris culinis videre possis, non paxillis alligantur, sed margo eorum superior paxillo niti solet, ita ut quasi adhaerere videantur parieti.

[1]) Fr. 469 d. Dind.: „ad hanc fabulam fortasse referendus Dionis „Chrys. locus vol. 2 p. 31. Ἀλλ' ὅμως ὁ κωμικὸς καὶ τοῦτον ἐκέλευσε „κατακαίειν ἐπὶ φαλήτων συκίνων ἑκκαίδεκα".

τατα ὁ λοιπὸς τὰς ὀσφύας/ ἐπὶ τῶν κοχωνῶν ἀργὸς αὐτὸς οὑτοσί; Blayd.: τίς δ' ἔσθ' ὁ λίσπος ἐγγύτατα καθήμενος/ ἐπὶ τῶν κοχωνῶν; B. Ἀργός ἐστιν οὑτοσί. Vel. — ἐπὶ τῆς ὀσφύος/ καὶ τῶν κοχωνῶν.

Vide porro comparationem inter ἐπί c. gen. et ἐπί c. dat. sub B.

2. Indicatur vicinia, sed in sola fere locutione τἀπὶ Θράκης χωρία Pac. 283 = τἀπὶ Θράκης Vesp. 289 m, Av. 1369 = coloniae in finibus Thraciae, — in ora Thracica; cf. ἐπὶ Θράκης Ach. 602, Lys. 103.

Praeter hanc locutionem pauca tantum vestigia huius usus inveniuntur: Th. 693 T ἀλλ' ἐνθάδ' ἐπὶ τῶν μηρίων/ πληγὲν μαχαίρᾳ τῇδε «prope vel super femora». Av. 41 ἐπὶ τῶν δικῶν ᾄδουσι, quod dictum est respectu versus praecedentis 40 ἐπὶ τῶν κραδῶν ᾄδουσι. Conferri possunt ἐπὶ μαρτύρων (= μαρτύρων ἐναντίον) sim. apud oratores, ἐπ' ἐκκλησίας Thuc. 8: 81, ἐπὶ τοῦ δικαστηρίου Is. 5: 1 [1]). Huc etiam referre velim ἐπὶ στρατιᾶς, ut nos dicimus «bij het leger». Ἐπὶ στρατιᾶς absolute positum occurrit Vesp. 354 n, 557 n: ἐπὶ στρατιᾶς ἀπόντας Lys. 100. Ἐπί c. gen., ut in hac locutione, saepe parum aut nihil differt ab ἐν c. dat.

3. Semel tantum designatur motus ad aliquid: Eccl. 496 m ἀλλ' εἶα δεῦρ' ἐπὶ σκιᾶς/ ἐλθοῦσα πρὸς τὸ τειχίον. Nam Eq. 1312 n ἐς τὸ Θησεῖον πλεούσας ἢ 'πὶ τῶν σεμνῶν θεῶν melius videtur ellipsin statuere accusativi ἱερόν, (cf. ἐκ I: 1, ἐς I: 1c, ἐν I: 2), Blayd. ad Th. 83. Quam-

---

[1]) Fr. 260: „Photius p. 451. 13: Πρόδικον δίκην: τὴν ἐπὶ φίλων καὶ „δικαιτητῶν. Ἀ Κενταύρῳ: ἐγὼ γάρ, εἴ τι σ' ἠδίκηκ', ἐθέλω δίκην/ „δοῦναι πρόδικον ἐν τῶν φίλων τῶν σῶν ἑνί. Ita Porsonus. Codex εἴ τις „ἤ δίκη θέλω — ἓν τῶν (vel τῷ) φίλων — ἑνι. — ἐπὶ τῶν φίλων τῶν σῶν „τινός Cobetus Mnem. vol. 5 p. 193." Vide etiam Blayd. fr. 275.

quam etiam Lys. 2 ἢ 'ς Πανὸς ἢ 'πὶ Κωλιάδ' ἢ 'ς Γενετυλλίδος, nomen pro templo numinis usurpatur (ubi tamen Bentleius proposuit ἢ 'ς Κωλιάδος). Neque fortasse neglegendum est, quod legimus apud Krebs. p. 79: «Bei einer «Vergleichung der beiden Rectionen, durch die das Ver«hältnis der Richtung gegeben wird, kommen wir zu «dem Resultate, dass der Accusativ nicht minder üblich «ist (ausgenommen bei den Ausdrücken πλεῖν und πορεύε«σθαι, die mit Vorliebe die Genitiv-Construction annehmen)». Quod, nisi fallor, etiam in scriptores antiquiores valet. Aegre fero, quod dissertationem Kuemellii «de praepositionis ἐπί usu Thucydideo» conferre non potui.

II. 1. Ex I: 1 nascuntur dictiones figuratae: Eq. 1244 T. λεπτή τις ἐλπίς ἐστ' ἐφ' ἧς ὀχούμεθα cf. Fr. 198 T ὡς σφόδρ' ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὠχεῖσθ' ἄρα. — Lys. 30 sq. Lys. ἐν ταῖς γυναιξίν ἐστιν ἡ σωτηρία. Cal. ἐν ταῖς γυναιξίν; ἐπ' ὀλίγου τἄρ' εἶχετο «in parva re igitur nitebatur».

2. Ex I: 2 explicanda est locutio adverbialis ἐφ' ἡσυχίας Vesp. 1517 n, quippe quae significet rerum condicionem, quae quem, ut ita dicam, comitetur, in qua quis versetur.— Ran. 1305 T ἐνεγκάτω τις τὸ λύριον, καίτοι τί δεῖ/ λύρας ἐπὶ τούτων; (sc. τῶν τοῦ Εὐριπίδου ᾀσμάτων/, ut recte cum duobus codicibus recentibus editum est a Kockio, pro ἐπὶ τοῦτον, quod a Dindorfio retinetur, sed cuius sensus mihi quidem parum perspicuus est. Et nos dicimus «wat is hierbij een lier van noode»?

III. *a.* Cum genetivo personae: = «tempore alicuius», inde ubi de regnantibus vel principatum aliquem obtinentibus usurpatur, = «sub»: Ach. 67 ἐπ' Εὐθυμένους ἄρχοντος, Eccl. 943 m οὐ γὰρ τἀπὶ Χαριξένης τάδ' ἐστίν «non enim haec illa sunt, quae tempore Charixenae (sub Charixena, cum Charixena vigebat) agebantur». Nub. 1026 m οἱ ζῶντες τότ' ἐπὶ τῶν προτέρων, Pac. 591 m

πολλὰ γὰρ ἐπάσχομεν πρίν ποτ' ἐπὶ σοῦ (= ἐπ' εἰρήνης) γλυκέα cett.

Cur Dindorfius Nub. 654 contra Ravennatem et Venetum ediderit ἔτ' ἐμοῦ παιδὸς ὄντος pro ἐπ' — non intellego. Praepositioni cum casu suo, ut nostro loco, participium additur Eq. 520, 655, Nub. 161.

b. cum genetivo rei: Ach. 211 m ἐπ' ἐμῆς γε νεότητος, Vesp. 1199 ἐπὶ νεότητος, Eq. 524 n τελευτῶν ἐπὶ γήρως, οὐ γὰρ ἐφ' ἥβης, Vesp. 1167 ἐπὶ γήρως (recte Hirschigius: ἐπὶ γήρω V.: ἐπὶ γήρᾳ ceteri, sed ἐπί c. dat. nusquam alibi apud Aristophanem usurpatur de tempore); Eccl. 985 ἐπὶ τῆς προτέρας ἀρχῆς γε ταῦτ' ἦν, Plut. 256 n ἴτ' ἐγκονεῖτε, σπεύδεθ' ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν, / ἀλλ' ἔστ' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς, ἣ δεῖ παρόντ' ἀμύνειν «in ipso articulo «temporis», qua in locutione tamen notio localis adhuc animo videtur obversari cf. ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται (ἔχεται) ἀκμῆς. [1])

B. Cum dativo.

I. 1. Ἐπί c. dat. quietem indicat super aliqua re (cf. ἐν I: 6 de montibus cett.), aeque atque ἐπί c. gen., sed hoc frequentius est. Quod saepe promiscue usurpantur, apparere potest ex hac tabula:

1. Ach. 82 κἄχεζεν ὄκτω μῆνας ἐπὶ χρυσῶν ὀρῶν, Av. 293 n ἐπὶ λόφων οἰκοῦσι cf. 836.

2. Eq. 754 ὅταν δ' ἐπὶ ταυτησὶ καθῆται τῆς πέτρας cf. 956.

1. Nub. 270 n εἴτ' ἐπ' Ὀλύμπου κορυφαῖς ἱεραῖς χιονοβλήτοισι κάθησθε, Ach. 510 οὐπὶ Ταινάρῳ θεός.

2. Eq. 783 n ἐπὶ ταῖσι πέτραις οὐ φροντίζει σκληρῶς σε καθήμενον οὕτως.

---

[1]) Vesp. 100, Dind. cum codicibus deterioribus ἐφ' ἑσπέρας: legendum est cum R. et V. ἀφ' ἑσπέρας, cf. ἀπό III: 2.

3. Vesp. 90 ἦν μὴ 'πὶ τοῦ πρώτου καθίζηται ξύλου cf. Plut. 382, Fr. 408.

4. Pac. 938 ἐγὼ δὲ ποριῶ βωμὸν ἐφ' ὅτου θύσομεν, Ach. 1158 m ἐπὶ τραπέζης κειμένη cf. Eq. 771 n, Vesp. 332 n, Plut. 996.

5. Av. 487 n ἔχων — ἐπὶ τῆς κεφαλῆς κυρβασίαν cf. Av. 510 n, 515 n.

6. Plut. 1198 τὰς χύτρας — ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρε σεμνῶς cf. Eccl. 222.

3. Lys. 1140 καθέζετο / ἐπὶ τοῖσι βωμοῖς cf. Pac. 1235, Th. 1182.

4. Av. 1232 T μηλοσφαγεῖν τε βουθύτοις ἐπ' ἐσχάραις.

5. Vesp. 1293 καὶ τρὶς μακάριαι τοῦ 'πὶ ταῖς πλευραῖς τέγους (de testudinibus).

6. Ran. 9 τοσοῦτον ἄχθος ἐπ' ἐμαυτῷ φέρων.

Apud Krüger. § 68: 41: 1 legimus: «Bei ἐπὶ mit dem «Genetivus wird eine mehr zufällige, freiere Verbindung «gedacht; bei ἐπί mit dem Dativus schwebt mehr der «Begriff der Zugehörigkeit vor» ubi i. a. Xen. An. 4: 3: 6 ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὰ ὅπλα ἔφερον opponit loco 7: 4: 4 οἱ Θρᾷκες ἀλωπεκίδας ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς φοροῦσι.

In Aristophanem igitur haec distinctio parum cadit.

Ach. [1]) 504 αὐτοὶ γάρ ἐσμεν, οὐπὶ Ληναίῳ τ' ἀγών (Λήναιον 1) = templum Dionysi, 2) = locus ubi Lenaea celebrabantur h. l.) Vesp. 678 n πολλὰ μὲν ἐν γῇ, πολλὰ δ' ἐφ' ὑγρᾷ πιτυλεύσας, Eccl. 627 n καὶ τηρήσουσ' ἐπὶ τοῖσιν δημοσίοισιν, quod a Meinekio accipitur de publicis aedificiis, ita ut ad 3) referendum esset, sed Brunckius vertit «in foro et aliis locis publicis». — Fr. 344 ἰχθύδια — βεβασανισμένα / ἐπ' ἰχθυοπώλου χειρὶ παρανομωτάτου libri:

[1]) Ach. 321 n οἷον αὖ μέλας τις ὑμῖν θυμάλωφ ἐπέζεσεν. Ravennas praebet ἐφ' ὑμῖν pro τις ὑμῖν. Tolerari posset ἐφ' ἡμῖν cf. II: 6 s. f. nisi Dicaeopolis ubique de se ipso singularem usurparet.

ὑπ' Gaisfordius: ἐν Boissonadius: βεβασανισμένα = librata, perpensa: fortasse propola palmam suam, super qua pisces iacent, lente sursum deorsum movet, ut eorum pondus statuat; tum unice aptum esset ἐπ'. Vide porro Lys. 1026 n, Ran. 46.

Notio movendi hic illic invenitur, ubi tamen iam cogitatur de quiete, quae motum sequitur: Vesp. 1040 n κατακλινόμενοί τ' ἐπὶ ταῖς κοίταις ἐπὶ τοῖσιν ἀπράγμοσιν δμῶν, Pac. 901, Ran. 1246 sq., Fr. 470 m T. — Eiusmodi genetivus occurrit Lys. 732 ὅσον διαπετάσασ' ἐπὶ τῆς κλίνης μόνον sc. τὰ ἔρια.

2. Viciniam indicat, ut ἐπὶ c. gen., sed multo saepius (cf. πρός c. dat. I, c. acc. I: 4): Eq 1397 ἐπὶ ταῖς πύλαις ἀλλαντοπωλήσει μόνος. cf. 1246 sq.: Nub. 466 m ἐπὶ ταῖσι θύραις ἀεὶ καθῆσθαι cf. Vesp. 362 n, 1482 n, Ran. 163, Eccl. 865 [1]), 1114; Vesp. 552 n τηροῦσ' ἐπὶ τοῖσι δρυφάκτοις: Pac. 770 n κἀπὶ τραπέζῃ καὶ ξυμποσίοις ubi cum Meinekio aliisque legendum erit κἀν pro καὶ nam ἐπὶ ξυμποσίοις non dicitur); Lys. 1251 m ἐπ' Ἀρταμιτίῳ «ad Artemisium» (cf. ἐν I: 3), Vesp. 754 n, Ran. 195, Eccl. 1107. — Aliqua ex parte notio movendi adest Vesp. 124 ὁ δ' ἀνεφάνη κνεφαῖος ἐπὶ τῇ κιγκλίδι.

Ad 3) referendum est Fr. 533 ἐπὶ Παλλαδίῳ τἄρ', ὦ πάτερ, δώσεις δίκην. Templum Palladis conditum erat, ad servandum Palladium Troianum, cuius in possessionem Athenienses venisse se contendebant. Ἐπὶ Παλλαδίῳ igitur primitus significabat «ad simulacrum Palladis». Factum esse potest, ut postea de templo ipso cogitaretur (= ἐν Παλλαδίῳ), utque per analogiam dictum sit Vesp. 801

---

[1]) Eccl. 997 ἀλλ' ἄπιθ', ὅπως μή σ' ἐπὶ θύραισιν ὄψεται. *σε μὴ θύρασιν* Halbertsma, vide Blayd.: „recte, opinor, cf. 993. Alioqui addito articulo opus foret ut in v. 1114 etc."

ἠκηκόη γὰρ ὡς Ἀθηναῖοί ποτε/ δικάσοιεν ἐπὶ ταῖς οἰκίαισι τὰς δίκας (= ἐν ταῖς οἰκίαις). Quin etiam Plut. 338 occurrit καίτοι λόγος γ' ἦν — πολὺς/ ἐπὶ τοῖσι κουρείοισι τῶν καθημένων, ubi Cob. proposuit ἐν, vide tamen locos laudatos a Blaydesio.

II. 1. Cum I: 1 cohaerent locutiones figuratae, velut Eq. 402 m ὦ περὶ πάντ' ἐπὶ πᾶσί τε πράγμασι, 403 m LT? ὀωροδόκοισιν ἐπ' ἄνθεσιν ἵζων, Ran. 1046 n ἀλλ' ἐπί τοι σοὶ καὶ τοῖς σοῖσιν πολλὴ πολλοῦ 'πικαθῆτο (sc. Ἀφροδίτη), Ran. 678 m, Eccl. 903 m, Plut. 185.

2. *a.* Ex I: 2 oriuntur dictiones metaphoricae haece: Th. 313 m ταῖσδ' ἐπ' εὐχαῖς/ φανέντας ἐπιχαρῆναι, 328 m χρυσέα τε φόρμιγξ/ ἀχήσειεν ἐπ' εὐχαῖς/ ἡμετέραις, Ran. 1496 m; Plut. 455 ἐπ' αὐτοφώρῳ — εἰλημμένῳ, Schol. ἐπ' αὐτῷ τῷ ἔργῳ, ἐπ' αὐτῇ τῇ κλεψίᾳ, ἐπ' αὐτῷ τῷ κλέμματι, vide Blayd. ad. h. l.

b. Quibus adicio locum Plut. 628, ubi in praepositione notio quaedam comitandi inest: ὦ πλεῖστα Θησείοις μεμυστιλημένοι/ γέροντες ἄνδρες ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις «o qui «saepe Theseis tenuiter epulati estis, senes, pane admodum «modico» cf. nostram rationem loquendi «groot gebracht «zijn bij iets». Quales locutiones transitum faciunt ad vim modalem, quae cernitur Plut 891 ἐπ' ἀληθείᾳ = ἀληθῶς. Locum Eq. 546 n παραπέμψατ' ἐφ' ἕνδεκα κώπαις/ θόρυβον χρηστὸν ληναϊτήν nemo neque explicavit neque ita conexit, ut nulla restet dubitatio. Schneiderus coniecit ἐφ' ἓν δέκα κώπαις, «ne remigandi intercapedinem ullam faceret remex «nisi post decem continuos pulsus», cft. ἐφ' ἅπαξ, ἐπὶ μέγα, ἐπὶ πολύ similia, εἰς ἕν, καθ' ἕν, ὑφ' ἕν. Ingeniosissima sane est coniectura et mutatio prorsus nulla.

c. Tertio coniungitur ἐπί cum dativo rei, cui alia res additur (cf. πρός c. dat. II): Ach. 835 παίειν ἐφ' ἁλὶ τὰν μάδδαν (ut nos «iets bij iets eten», quem ad locum Dind. annotat haec: «παίειν (omissum in R.) contra dialectum

«peccat, quae παῖεν postulat, ut coniecit Hamakerus ἀλλ' «in ἄλεσι mutans. ἐφαλίσταν Meinekius». Sed vide Ribb. ad h. l.: «Der Dorismus des Megarers ist nicht consequent «durchgeführt; ändern darf man in dieser Beziehung wohl «nur in sehr beschränktem Masse». — Pac. 123 n κολλύραν μεγάλην καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῇ cf. Fr. 528; Plut. 1001 καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν, Pac. 1025 m, Lys. 1295 m, Th. [1]) 1045 m.

Eodem modo duos locos sequentes explicare velim: Eq. 411 n ἔγωγε νὴ τοὺς κονδύλους, οὓς πολλὰ δὴ' πὶ πολλοῖς/ ἠνεσχόμην ἐκ παιδίου, Vesp. 1046 n καίτοι σπένδων πόλλ' ἐπὶ πολλοῖς ὕμνυσιν τὸν Διόνυσον. Brunckius hoc loco vertit «quamvis per Bacchum inter libamina saepe adiuret», illo, «quos saepe et multis de causis perpessus sum». Quae si vera sunt, hi loci referendi sunt ad *a*) (= «bij vele gelegenheden»): at fortasse πόλλ' ἐπὶ πολλοῖς nihil aliud est ac geminatio adverbii πολλά (= πολλάκις) = saepe + saepe = saepissime, cf. τόκος ἐπὶ τόκῳ.

3. Verbis affectuum sim. adiungitur ἐπί cum dativo rei vel personae, quae affectum movit, quae causa affectus est:

a. cum dativo rei: Ach. 5 ἐγὼδ' ἐφ' ᾧ γε τὸ κέαρ ηὐφράνθην ἰδών, Vesp. 1317 ἐπὶ τῷ κομᾶς καὶ κομψὸς εἶναι προσποιεῖ; Av. 1444 lt? ἐπὶ τραγῳδίᾳ/ ἀνεπτερῶσθαι καὶ πεποτῆσθαι τὰς φρένας. — θρασύνεσθαι Ach. 330 n; γελᾶν Av. 803 (bis), Ran. 2, Plut. 799. — Eq. 707 legitur: ἐπὶ τῷ φάγοις ἥδιστ' ἄν; ἐπὶ βαλλαντίῳ; Sed ἐσθίειν ἐπί τινι non dicitur de cibis, sed de lancibus vel catillis, quibus coenatur. Fortasse recte Kock. ad h. l. ἐπὶ τῷ φαγὼν ἥδοιτ' ἄν; ἐπὶ βαλλαντίῳ; Th. 1049 m T τίς ἐμὸν οὐκ ἐπόψεται/

---

[1]) Th. 719 m ἀλλ' οὐ μὰ τὼ θεὼ τάχ' οὐ χαίρων ἴσως ἐνυβριεῖς λόγους λέξεις τ' ἀνοσίους ἐπ' ἀθέοις ἔργοις, Dind: ἀνοσίους. ἀθέοις ἔργοις γὰρ ά. libri.

πάθος ἀμέγαρτον ἐπὶ κακῶν παρουσίᾳ; Quae lectio non in suspicionem vocanda esse videtur, cf. Enger. apud Blayd. ad. h. l. Ἐπὶ κακῶν παρουσίᾳ pendet ex ἀμέγαρτον [1]).

b. cum dativo personae: Nub. 363 n κἀφ' ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς, de Socrate, qui vultum ad gravitatem componit, quod vetus ei consuetudo cum Nubibus intercedit. Vesp. 1532 m ἡσθεὶς ἐπὶ τοῖσιν ἑαυτοῦ παισὶ τοῖς τριόρχοις. — Semel cum verbo transitivo: Eccl. 965 m τί μ' ἐκμαίνεις ἐπὶ ταύτῃ;

4. In locum affectus ipsius, saepius succedit actio quaedam, quae affectum exhibet: Eq. 406 m πῖνε πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς, 655 ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰσηγγελμέναις/ εὐαγγέλια θύειν (structura apud nostrum rara cf. Nub. 161 διὰ λεπτοῦ δ' ὄντος αὐτοῦ, Eq. 520 n, Nub. 654), Vesp. 863 n καὶ μὴν ἡμεῖς ἐπὶ ταῖς σπονδαῖς/ καὶ ταῖς εὐχαῖς/ ψήμην ἀγαθὴν λέξομεν ὑμῖν, Eq. 1318 n, 1320 n, Nub. 1205, Lys. 1276, 1293 m, Eccl. 1181 m.

Quo cum usu componi potest Ran. 1139 οὔκουν Ὀρέστης τοῦτ' ἐπὶ τῷ τύμβῳ λέγει/ τῷ τοῦ πατρὸς τεθνεῶτος; ubi ἐπὶ coniungitur cum dativo rei, ad quam alicuius verba pertinent, cf. nostram rationem loquendi «doelen op iets» (cf. πρός c. acc. II: 5*a*, ἐς II: 3 *c*).

5. Adiungitur dativo rei, quae finis actionis est: Eq. 1226 ἐγὼ δ' ἔκλεπτον ἐπ' ἀγαθῷ γε τῇ πόλει cf. Ran. 1486/7 m. Dativus, qualis loco laudato est τῇ πόλει, volgo deest: Plut. 888 οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ γὰρ ἐνθάδ' ἐστὸν οὐδενί: Vesp. 495 n οὗτος ὀψωνεῖν ἔοιχ' ἄνθρωπος ἐπὶ τυραννίδι cf. 498 n, Lys. 630 n; Av. 460 n ἐφ' ὅτῳπερ πράγματι — ἥκεις «cuiuscun-

---

[1]) Fr. 229 τραγωιδ/ ἐπὶ μαλακαι/ ταδηι ἦν δ' οὗτος/ παῖς ἀθηναῖος, quae Dind. sic explet: ποιητὴς τραγῳδίας, ὃς διεβάλλετο (vel σκώπτετο) ἐπὶ μαλακίᾳ cett.

que rei causa», Th. 84 ἐκκλησιάζειν ἐπ' ὀλέθρῳ, Av. 438 (vide Kock.), 583 n, Lys. 343 m, 578 n, Th. 337, 360 m [1]), 894, Ran. 403 m, 405 m, Eccl. 573 m.

Huc facit formula ἐπ' ἀγαθῇ τύχῃ in precibus: Vesp. 869 m ἐπ' ἀγαθῇ τύχῃ/ τὸ πρᾶγμ' — ἅπασιν ἡμῖν ἁρμόσαι.

6. Cum 5) arcte cohaeret is usus, ex quo dativum regit personae, ad quam decipiendam dolus intenditur: Eq. 468 καὶ ταῦτ' ἐφ' οἷσίν ἐστι συμφυσώμενα/ 469 ἐγῳδ' ἐπὶ γὰρ τοῖς δεδεμένοις χαλκεύεται [2]), Av. 526 n πᾶς τις ἐφ' ὑμῖν ὀρνιθευτὴς/ ἵστησι βρόχους.

ξυνομνύναι Eq. 236, τεκταίνεσθαι Ach. 660 n T, μηχανᾶσθαι Pac. 621 n.

Av. 543 m ἐπί τινι non de insidiis usurpatur, sed simpliciter significare videtur «cum damno alicuius»: οἵ/ τάσδε τὰς τιμὰς προγόνων παραδόντων / ἐπ' ἐμοὶ κατέλυσαν. Varia lectio ἐπ' ἐμοῦ nullius pretii est. Vide porro Blayd. ad h. l.

Semel de hostilibus apertis adversus aliquem: Lys. 50 t ἐπ' ἀλλήλοισιν αἴρεσθαι δόρυ, quem locum apud Bakh. non inveni: attamen paratragoedia esse videtur cf. Soph. Oed. Col. 424, Eur. Heracl. 313. Etiam de animo infenso: Pac. 620 n ἠγριωμένους ἐπ' ἀλλήλοισι καὶ σεσηρότας, Av. 334 m.

7. Usurpatur de condicione, qua quid fit: Av. 154 ἀλλ' ἔγωγ' Ὀπούντιος/ οὐκ ἄν γενοίμην ἐπὶ ταλάντῳ χρυσίου, 445 ὄμνυμ' ἐπὶ τούτοις, πᾶσι νικᾶν τοῖς κριταῖς καὶ τοῖς θεαταῖς πᾶσιν, Lys. 251 ἐὰν μὴ 'φ' οἷσιν ἡμεῖς εἴπομεν. — Ἐπὶ τούτοις Eq. 1384, Pac. 706, Ran. 589, Plut. 1168;

---

[1]) Th. 366 m [οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ] vid. Dind.: „366, 367 versus inter„polati. οὕνεκ' ἐπὶ βλάβῃ ex v. 360 illatum esse animadvertit Dobraeus."

[2]) Eq. 477 καὶ τὰς ξυνόδους τὰς νυκτερινὰς ἐν τῇ πόλει, ἐν R. ἐπὶ ceteri; Dind. recte Ravennatem secutus est.

ἐπὶ τοῖσδε Av. 1602; ἐφ' ᾧτε c. praes. inf. Ach. 722, Plut. 1141; — c. aor. inf. Th. 1162, Plut. 1000.

8. Significationis «in alicuius potestate», «ex alicuius arbitrio pendens» vestigia tantum inveniuntur: **Av. 639 n** ἐπὶ σοὶ τάδε πάντ' ἀνάκειται. Volgo dicitur ἐπί τινι εἶναι, γίγνεσθαι et sic etiam Pind. Pyth. 8 : 76 τάδ' οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται, sed ἀνατιθέναι τινί τι et ἀνάκειταί τινί τι, vide Kock. ad h. l. Nostro loco altera structura cum altera mixta est. — Vesp. 650 n χαλεπὸν μὲν καὶ δεινῆς γνώμης καὶ μείζονος ἢ 'πὶ τρυγῳδοῖς.

III. Arcte cum II: 2 c cohaeret usus temporalis (cf. μετά c. acc. II.): Plut. 1001 e. g. καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν, parum differt, utrum vertas «praeter haec» an «statim post haec»: Pac. 1085 e (vid. Blayd.) ἐπὶ τούτοις Nub. 480; τἀπὶ τούτοις Eccl. 82, Plut. 57.

Ach. 13 ἡνίκ' ἐπὶ Μόσχῳ ποτὲ/ Δεξίθεος εἰσῆλθ'. Sin ἐπὶ μόσχῳ vera lectio est, hic locus referendus est ad II: 5.

C. Cum accusativo.

Quia multis locis vis localis simul occurrit cum translata, II non ab I separavimus.

1. Indicat motum, qui sursum tendit:

a. Cum verbis eundi: Ran. 130 ἀναβὰς ἐπὶ τὸν πύργον τὸν δῴηλόν, Nub. 1487 ἐπαναβὰς ἐπὶ τὸ φροντιστήριον, Eq. 169, Nub. 147, 255 n, 278 n, Ran. 199, 566.

b. cum verbis movendi: Plut. 69 ἀναθεὶς γὰρ ἐπὶ κρημνόν τιν' αὐτόν, Av. 560 n, Fr. 129 n (vid. Blayd. fr. 350).

Locutiones figuratae: Nub. 703 m ἐπ' ἄλλο πήδα/ νόημα φρενός, Eccl. 882 Μοῦσαι δεῦρ' ἴτ' ἐπὶ τοῦμὸν στόμα, Av. 638 n ἐπὶ ταῦτα τεταξόμεσθ' ἡμεῖς.

2. In universum designat motum, qui versus aliquem vel aliquid dirigitur:

a. cum accusativo personae (cf. ὡς 1, παρά c. acc. I: 1, πρός c. acc. I: 1, ἐς I: init.): Av. 789 n κᾆτ' ἂν ἐμπλη-

σθεὶς ἐφ' ἡμᾶς αὖθις αὖ κατέπτετο, Fr. 192 m ἀποπλευστέον ἐπὶ τὸν νυμφίον, ᾧ γαμοῦμαι τήμερον, Ran. 291 φέρ' ἐπ' αὐτὴν ἴω (quod partim huc, partim ad 3) pertinet; vide Kock. ad h. l.), Ach. 982 m, Vesp. 1360, Av. 717 n, Lys. 2, Ran. 646, 656, Eccl. 550, 616 n, 625 n, 899 m, 948 [1]).

b. cum accusativo rei pendens ex verbis eundi: ἐπὶ δεῖπνον βαδίζειν Ach. 1085, Eccl. 856, — ἰέναι Vesp. 1250, Pac. 1192, — εἰσιέναι Pac. 1208, — χωρεῖν Eccl. 652 n; ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἔρχεσθαι Eccl. 1128, 1135, — ὑπαποκινεῖν Eccl. 1165 n. — Ach. 988 m excidit verbum, vide Dind. In his locutionibus semper ἐπί usurpatur: semel tantum occurrit ἐς ξυμπόσιον cf. b'. — Fr. 464 ἔπειτ' ἐπὶ τοὔψον ἦκε, incertum est, utrum sensus sit «in forum obsoniorum» an «ad emendum obsonium». Si posterior interpretatio vera est, pertinet hic locus ad 5. Cf. porro: Ach. 866, 1143 n, Vesp. 321 m, 987, Av. 129, 1287, 1758 m, Lys. 664 m, 737, Th. 985 m, Ran. 137 [2]), 180. Eccl. 684 n, Plut. 675, 686, 1007, 1040, Fr. 496 (vide Blayd. fr. 662) [3]).

Plut. 683 ἐπὶ τὴν χύτραν τὴν τῆς ἀθάρης ἀνίσταμαι, motus igitur ad ollam nondum coeptus est cf. Av. 490 n ἀναπηδῶσιν πάντες ἐπ' ἔργον.

Ubi pendet ex ἀφικνεῖσθαι, καθίζειν, etiam adest notio viciniae, quae capessitur vel capessenda est (cf. παρά c. acc. I: 1, πρός c. acc. I: 1, ἐς I: 1 d cum ἥκειν, παρεῖναι sim.): Plut. 962 ἀλλ' ἴσθ' ἐπ' αὐτὰς τὰς θύρας ἀφιγμένη, Ran. 436, Plut. 959; Eccl. 1080 φέρε πῶς ἐπ'

---

[1]) Fr. 157 *ἐμοὶ μὲν ἐπὶ τὸν μολγὸν εἶναι οὐκ ἀκήκοας.* Locus corruptus, vide Dind., Blayd. fr. 118.

[2]) Ran. 168 *τῶν ἐκφερομένων, ὅστις ἐπὶ τοῦτ' ἔρχεται.* Versus interpolatus, vide Kock.

[3]) Fr. 510. *πλὴν εἴ τις πρίαιτο δεδμενος! βασκάνιον ἐπὶ κάμινον ἀνδρὸς χαλκέως.* Locus corruptus vide Dind., Blayd. fr. 826.

ἐκείνην τὴν καλὴν ἀφίξομαι; Ran. 197 κάθιζ' ἐπὶ κώπην «sede ad remum», sed Ran. 199 ἵζω 'πὶ κώπην ad 1) pertinet, vide Kock. ibid.

b'. cum accusativo rei pendens ex verbis movendi: Vesp. 1005 ἄγων μετ' ἐμαυτοῦ πανταχοῖ/ ἐπὶ δεῖπνον, ἐς ξυμπόσιον, ἐπὶ θεωρίαν, Av. 1602 τοὺς πρέσβεις ἐπ' ἄριστον καλῶ. — Porro ἄγειν: Th. 919 t, Eccl. 1001, Plut. 656, Fr. 389; ἐξάγειν Ran. 351 m; καλεῖν Av. 890, Eccl. 348. — Fr. 564 ἑπτάπους γοῦν ἡ σκιά 'στιν ἡ 'πὶ τὸ δεῖπνον, locus nondum satis emendatus, vide Blayd. fr. 607. — Formula militaris ἄναγ' ἐπὶ σκέλος, quae Av. 383 n occurrit, usurpatur, ubi gradatim ceditur, ita ut alterum crus ad alterum per spatium, quod inter crura est, retrahatur (dictum est igitur pro ἄναγ' ἕλκων σκέλος ἐπὶ σκέλος), quod apud alios volgo exprimitur per ἀναχωρεῖν ἐπὶ πόδα, vide Blayd. ad h. l. Graeci igitur dicunt «voet naar voet (zettende)», nos vero «voet voor voet (zettende)».

In translatis locutionibus imprimis occurrunt τρέπειν et τρέπεσθαι: Nub. 589 n τοὺς θεοὺς/ ἅττ' ἂν ὑμεῖς ἐξαμάρτητ' ἐπὶ τὸ βέλτιον τρέπειν, Vesp. 986 ἐπὶ τὸ βέλτιον τρέπεσθαι cf. Nub. 594 n, Eccl. 475.

Τρέπεσθαι ἐπί τι (ἐφ' ἱππικήν sim.) occurrit Lys. 675 n, Ran. 1025 n, 1119, Plut. 317 n. — Vide porro: Vesp. 487 [1] [2]), Av. 1373 m, Th. 724 m T, Ran. 1365, Fr. 560 mt.

3. Usurpatur de aperte hostilibus (cf. πρός c. acc. II: 4 a) ut ἐπί c. dat. de insidiis:

---

[1]) Vesp. 636 m ὡς δὲ πάντ' ἐπελήλυθεν/ κοὐδὲν παρῆλθεν libri, ὡς δ' ἐπὶ πάντ' ἐλήλυθεν Porsonus metri causa: emendatio incerta, cum in stropha quoque multa corrupta sint.

[2]) Vesp. 1455 m ἦ μέγα πείσεταί τι ἐπὶ τὸ τρυφῶν καὶ μαλακόν Dind.: emendatio incerta: ἐπιτρυφὸν (hoc accentu) R. ἐπὶ τὸ ῥυφᾶν V. ἐπὶ τὸ τρυφερὸν ceteri. Vide Brunck.

a. cum verbis eundi, sim.: Vesp. 244 n ἥκειν ἔχοντας ἡμερῶν ὀργὴν τριῶν πονηρὰν ἐπ' αὐτόν, Lys. 674 n πλεῖν ἐφ' ἡμᾶς, Vesp. [1]) 423 n, Av. 632 m, Lys. 247, 463.

b. Cum verbis movendi: Nub. 397 n τοῦτον γὰρ δὴ φανερῶς ὁ Ζεὺς ἵησ' ἐπὶ τοὺς ἐπιόρκους, Av. 1250. — Accusativus ubique personalis est, praeterquam Ran. 1021 n τοὺς ἕπτ' ἐπὶ Θήβας.

Locutiones figuratae: Vesp. 12 ἐπεστρατεύσατο/ Μῆδός τις ἐπὶ τὰ βλέφαρα νυστακτὴς ὕπνος, 705 n ἐπὶ τῶν ἐχθρῶν τιν' ἐπιρρύξας, 1514. — Lys. 543 m ἐθέλω δ' ἐπὶ πᾶν ἰέναι/ μετὰ τῶνδε «adire omne periculum».

4. De motu, qui per spatium aliquod extenditur: Av. 250 m L ὥντ' ἐπὶ πόντιον οἴδμα θαλάσσης/ φῦλα μετ' ἀλκυόνεσσι ποτῆται, 1567 ἐπ' ἀριστέρ' οὕτως ἀμπέχει; 1568 οὐ μεταβαλεῖ θοἰμάτιον ὧδ' ἐπὶ δεξιά; Nub. 1108 ἐπὶ μὲν θάτερα. — Ach. 967, ubi libri exhibent ἀλλ' ἐπὶ ταρίχῃ τοὺς λόφους κραδαινέτω «super salsamenta», Reiskius proposuit ἐπὶ ταρίχει cf. Ribbeck.: «Gesalzene Fische «sind Soldatenkost. Dicaeopolis hat eigentlich im Sinne: «möge er sich seine Helmbüsche zum Pökelfleisch wohl «schmecken lassen: παρὰ προσδοκίαν sagt er aber κραδαι-»νέτω (nach 965) statt φαγέτω». — Haud scio an τὸ παρὰ προσδοκίαν duplex sit, κραδαινέτω pro φαγέτω et ἐπὶ ταρίχῃ pro ἐπὶ ταρίχει: nam ἐπὶ ταρίχει τοὺς λόφους κραδαινέτω fatuum est.

In re militari ἐπί accusativum regit ordinum, per quos exercitus se extendit in latitudinem: Lys. 282 n ἐφ' ἑπτακαίδεκ' ἀσπίδας πρὸς ταῖς πύλαις καθεύδων, Fr. 47 ἵστασθ' ἐφεξῆς πάντες ἐπὶ τρεῖς ἀσπίδας.

---

[1]) Vesp. 410—4 m locus interpolatus, vide Dind.

5. Iis locis, quos sub 2) ascripsimus, sola vis localis cernitur: saepius tamen praeter hanc notio finis alicuius in praepositione inest, ita ut sensus cum proprius tum translatus sit (cf. κατά c. acc. II: 1, ubi habuimus ἥκειν cett. κατά τι): Ach. 16 ὅτε δὴ παρέκυψε Χαῖρις ἐπὶ τὸν ὄρθιον «ut orthium caneret»; Eq. 1407, κἀκεῖνον ἐκφερέτω τις ὡς ἐπὶ τὴν τέχνην «ad exercendam suam artem» (unicus locus apud Aristophanem, ubi ὡς praepositioni praemittitur, vid. Kock. ad. h. l.); Av. 292 n ἦ 'πὶ τὸν δίαυλον ἦλθον «diaulum cursuri» [1]); Lys. 737 αὕτη 'τέρα/ ἐπὶ τὴν ἄμοργιν τὴν ἄλοπον ἐξέρχεται «ad amorgin non decorticatam sc. decorticandam»; Ran. 180 χωρῶμεν ἐπὶ τὸ πλοῖον «ad quaerendam navem» [2]). Ran. 675 m L, Eccl. 926, Plut. 1008. Ἐπί τι = cur Nub. 257, Av 340 n, Lys. 1101; ἐφ' ὅτι Lys. 22, 482 m.

Saepius ἐπί τινα (τι) pendens ex verbis eundi et mittendi usurpatur de persona, quae arcessitur, vel re, quae petitur:

a. cum accusativo personae: Ran. 1418 ἐγὼ κατῆλθον ἐπὶ ποιητήν, 69, 111, 478 T, 577; Th. 769 τίν' οὖν ἂν ἄγγελον/ πέμψαιμ' ἐπ' αὐτόν;

b. cum accusativo rei: Av. 77 τρέχω 'π' ἀφύας, 79 τρέχω 'πὶ τορύνην, Eccl. 819 κἄπειτ' ἐχώρουν εἰς ἀγορὰν ἐπ' ἄλφιτα, Vesp. 854, Pac. 1040, Th. 728, Fr. 356 (bis).

---

[1]) Av. 405 κἀναπυθώμεθα τούσδε, τίνες ποτὲ/ καὶ πόθεν ἔμολον/ ποίαν τιν' ἔχοντ' ἐπίνοιαν, Reisig. Dind.; ἔμολον,/ ἐπὶ τίνα τ' ἐπίνοιαν, vulg. Kock., vid. etiam Blayd.

[2]) Th. 1055 m T ὡς ἐκρεμάσθην,/ λαιμοτόμητ' ἄχη δαιμόνι' ἀιόλαν/ νέκυσιν ἐπὶ πορείαν. Locus corruptus, vide Blayd. Λιόλαν — ἐπὶ πορείαν significare potest „ut ita suspensa iter faciam," sc. „ad inferos," quod tamen ab νέκυσιν non exprimitur.

§ 8. De praepositionibus primi sive summi gradus frequentiae.

1. Ἐς (Εἰς).

I. Εἰς vi locali praeditum significat directionem vel motum in locum aliquem. Solam directionem indicat pendens ex verbis videndi, βλέπειν sim. De motu usurpatur coniunctum cum verbis eundi aliisque; sive quis iam in ipsum locum processisse cogitatur, velut Eq. 281 n ἐσδραμὼν ἐς τὸ πρυτανεῖον: sive tantum ad vicina, velut Nub. 142 ἥκω μαθητὴς ἐς τὸ φροντιστήριον, ubi Strepsiades nondum introiit domum, sed ad fores assistit: sive denique nil nisi motus exprimitur, velut Nub. 128 βαδίζων ἐς τὸ φροντιστήριον. Semper tamen eiusmodi locis intellegendum est intrandi consilium.

Additur ἐς, praeterquam vocabulis locum significantibus, notionibus hisce: ἐκκλησία, Ach. 28, Eq. 935 n, Eccl. 84, 270, 289 m, 352, 490 n, 740; βουλή Eq. 475; ξυμπόσιον Vesp. 1005; δεκάτη παιδαρίου Av. 494 n; γάμος Pac. 1192, 1206; πανήγυρις Pac. 342 n; χορός Eq. 559 m, Nub. 565 m, Th. 1137 m, Fr. 314 m; κύκλος Th. 954 m; τάξις Av. 400 n; κόρακες cf. I: 2*d*; μακαρία Eq. 1151; μακάρων εὐωχία Ran. 85.

Accusativum personae regit — praeterquam apud βλέπειν Eq. 292 n, Vesp. 613 n, Av. 308 n, Ran. 499, 562, ἐπινεύειν Eq. 657 n, καραδοκεῖν Eq. 663 — adiunctum his verbis eundi et movendi: Pac. 128 ἐλαύνειν ἐς θεούς, 130 ἐς θεοὺς ἀφιγμένος, 132 ἦλθεν ἐς θεούς (non opus est igitur ut Av. 843 κήρυκα δὲ πέμψον τὸν μὲν ἐς θεοὺς ἄνω cum Meinekio legamus ὡς), Ran. 187 ἐς Κερβερίους (cf. ἐκ I: 1, ἐν I: 5), 327 m ἐλθὲ — ὁσίους ἐς θιασώτας, Pac. 882 καταθήσομαι γὰρ αὐτὸς ἐς μέσους ἄγων, Av. 1668 ἦδη σ' ὁ

πατὴρ εἰσήγαγ' ἐς τοὺς φράτερας; ubi tamen non solum significatur, novicium in tribulium coetum introduci, sed etiam eum posthac usu ac consuetudine cum eorum ordine coniunctum esse. Vis localis igitur cum translata mixta est. Omnibus locis adhuc laudatis, accusativus personae, quem ἐς regit, est pluralis: quod si fit, transitus ad notionem loci facilior est, quam si de una persona sermo fit (cf. ὡς 1). Av. 618 n unicum exemplum est accusativi singularis: κοὐκ ἐς Δελφοὺς οὐδ' εἰς Ἄμμων' ἐλθόντες, ubi cum Meinekio legendum erit ὡς, nisi volgatam tueri possunt loci Straboniani I: 55 et 17: 838 unde apparet, ipsum oraculum Ammonis breviloquentia quadam Ἄμμωνα audivisse [1]). Motus, qui versus personas dirigitur, volgo exprimitur per ὡς 1, παρά c. acc. I: 1, πρός c. acc. I: 1, ἐπί c. acc. 2*a*.

Adiungitur ἐς cum casu suo: 1. Verbis eundi sim., velut πηδᾶν, πλεῖν, πέτεσθαι cett.

a. Nonnullos locos, qui notatu dignissimi videntur, huc ascribemus: Av. 400 n ἄναγ' ἐς τάξιν, πάλιν ἐς ταὐτόν, 1006 φέρουσαι — εἰς αὐτὴν ὁδοί, 1288 ἂν κατῇρον ἐς τὰ βιβλία,

---

[1]) Aliter res se habet Eq. 723 ἴωμεν ἐς τὸν Δῆμον. Hic a Meinekio recte restitutum videtur ὡς. Ἐς in textum irrepsisse putaverim, quod de prodeuntibus in concionem populi, ἐς τὸν δῆμον παρελθεῖν usurpari solebat cf. Thuc. 5: 45 ἐς τὸν δῆμον παρελθεῖν et imprimis apud oratores, cf. Dem. 18: 103 εἰς ὑμᾶς εἰσῆλθον et passim. — Plut. 237 ἦν μὲν γὰρ ὡς φειδωλὸν εἰσελθὼν τύχω, lectio recentiorum codicum ὡς recipienda esse videtur, etsi R. et V. exhibent εἰς cf. Plut. 242 ἦν δ' ὡς παραπλῆγ' ἄνθρωπον εἰσελθὼν τύχω, vide Blayd. ad 237: „Nimirum Attice dixeris „εἰσελθεῖν ἔς τινος vel ὥς τινα, non ἐς τινα.' Similiter Latini „ingredi ad „aliquem" non „in aliquem" ". — Eccl. 675 n R. praebet ὥστε βαδίζειν εἰς ἀλλήλους, quod vix nonnullis locorum supra laudatorum defendi potest. Cum praeterea ubique in Ecclesiazusis ὡς occurrat cf. 925, 933, 1005, 1013, 1028, 1084, 1088, melius videtur etiam hic legere ὡς ἀλλήλους. Dind. proposuit εἰς ἀλλήλων cf. ἐς I: 1 d, vide etiam Blayd. ad h. l.

Fr. 242 τραπόμενον ἐς τοὔψον, 285 τρέχ' ἐς τὸν οἶνον, 275 n ὁ δ' ἐς τὸ πλινθεῖον γενόμενος ἐξέτρεψε, vid. Blayd. Fr. 282: «Post γενόμενος excidit fortasse εὐθύς, nisi ali- «quid potius ante γενόμενος excidisse statuas ut τάχ' αὖ».

Θεωρεῖν = «ad ludos spectandos proficisci»: Vesp. 1198 ἐς Πάρον, Pac. 342 n ἐς πανηγύρεις.

Frequenter adiungitur ἐς verbis compositis cum ἐν et ἐς, quae subinde promiscue usurpantur, ut apparet ex hac tabula:

1. Av. 202 ἐμβὰς — ἐς τὴν λόχμην cf. 265.	1. Av. 207 ἐς τὴν λόχμην ἔσβαινε.
2. Ran. 1407 ἐς τὸν σταθμὸν — ἐμβάς.	2. Lys. 754 ἐς τὴν κυνῆν ἐσβᾶσα ταύτην, Ach. 745 ἐς τὸν σάκκον ὧδ' ἐσβαίνετε.
3. Vesp. 120 ἐς τὸ Καινὸν ἐμπεσών.	3. Eq. 4 εἰσήρρησεν ἐς τὴν οἰκίαν.
4. Lys. 309 n ἐς τὴν θύραν κριηδὸν ἐμπέσοιμεν.	4. Plut. 804 ἐς τὴν οἰκίαν ἐπεσπέπαικεν (intr.).
5. Vesp. 1020 n εἰς ἀλλοτρίας γαστέρας ἐνδύς, de Aristophane, qui fabulas suas aliis tradebat agendas.	5. Plut. 205 ἐσδύς — ἐς τὴν οἰκίαν, de fure, qui irrepsit in domum.

Composita cum ἐν praeterquam his locis non occurrunt nisi Nub. 378 n εἰς ἀλλήλας ἐμπίπτουσαι cf. 384 n, Ran. 1522 n μηδέποτ' ἐς τὸν θᾶκον τὸν ἐμὸν ἐγκαθεδεῖται.

Frequentiora sunt composita cum ἐς; εἰσιέναι Vesp. 139, 1283 m, Av. 642, 1209, Ran. 550, Plut. 235, 791; ἐσδραμεῖν Eq. 281 n; ἐσφοιτᾶν Eq. 1033 e; εἰσάττειν Nub. 996 n; ἐσπηδᾶν Eq. 599 n; ἐσβάλλειν (intr.) Pac. 747 n; ἐσπέτεσθαι Vesp. 431 n, Av. 1173.

b. Ellipsin vel breviloquentiam invenimus: Ach. 42

ἐς τὴν προεδρίαν πᾶς ἀνὴρ ὠστίζεται, Pac. 1329 m δεῦρ', ὦ γύναι, εἰς ἀγρόν, Ran. 1279 ἐς τὸ βαλανεῖον βούλομαι (cf. Lys. 136 κἄγωγε διὰ τοῦ πυρὸς βούλομαι cf. διά c. gen. I: 1), Fr. 59 εἰς ἄχυρα καὶ χνοῦν cf. Bergk: «Dixerat «poeta, ut opinor, ὄνος εἰς ἄχυρα καὶ χνοῦν, quod tritum «fuit vulgi ore proverbium», cf. Vesp. 1309 sq. ἔοικας, ὦ πρεσβῦτα νεοπλούτῳ τρυγὶ/ κλητῆρί τ' εἰς ἀχυρῶν ἀποδεδρακότι, vid. Blayd. fr. 85. — Fr. 61 ἐς τὸν λιμένα, ubi Dind. citat Phot. p. 227 «Ἐς τὸν λιμένα: ὅταν γὰρ ὁρῶνται «ἀπὸ τῆς πόλεως σφοδρότερον ἐρέσσουσιν. ὅθεν παροιμία «κατὰ τὸ ἐλλιπὲς, Ἀττικὸς ἐς τὸν λιμένα. λείπει γὰρ ἰσχυρός».

c. Cum genetivo personae, omissa voce οἰκία vel ἱερόν, (cf. 2*c*, ἐκ I: 1, ἐπί c. gen. I: 3, ἐν I: 2): παῖς ὢν ἐφοίτας ἐς τίνος διδασκάλου; Eq. 1235; ἐς κιθαριστοῦ Nub. 964 n; εἰς ὀρχηστρίδος 996 n; ἐς τῶν σκυλοδεψῶν Eccl. 420; εἰς ἐμοῦ Lys. 1065 m, 1211 m; εἰς ἑαυτῶν Lys. 1070 m; ἐς Φιλοκτήμονος Vesp. 1250 cf. Lys. 621 m, 725; ἐς Τροφωνίου Nub. 508; εἰς Ἅιδου Ran. 69, 118; ἦ 'ς Πανός — ἦ 'ς Γενετυλλίδος Lys. 2; ἐς Θεσμοφόροιν Th. 89. — Articulus additur Vesp. 1440 παράτρεχ' ἐς τὰ Πιττάλου, Th. 224 ἐς τὸ τῶν σεμνῶν θεῶν. Semel tantum obviam fit quod legimus Ran. 1363 m παράφηνον ἐς Γλύκης «praeluceas mihi «in domum Glycae».

d. Attendendum est ad coniunctionem praepositionis ἐς cum verbo παρεῖναι: notio motus praecedentis nondum evanuit: Eq. 751 ἀλλ' ἐς τὸ πρόσθε χρὴ παρεῖν' ἐς τὴν πύκνα (cf. II: 3*d*), Eccl. 283. Vide supra, I: init., Pac. 130 ἐς θεοὺς ἀφιγμένος (apud ἥκειν sim. etiam inveniuntur παρά c. acc. I: 1, πρός c. acc. I: 1, ἐπί c. acc. 2*b*.

Verbo simplici πίπτειν imprimis in parodia ἐς adiungitur: Ach. 1186 T εἰς ὀδορρόαν πεσών cf. Pac. 140 T; Th. 1122 tT? πεσεῖν ἐς εὐνὴν καὶ γαμήλιον λέχος. Sensu

translato Nub. 702 m ὅταν εἰς ἄπορον πέσῃς. Semel cum accusativo membri, in quod quis cadit: Eq. 571 n εἰ δέ που πέσοιεν ἐς τὸν ὦμον cf. Pac. 897 ἐς γόνατα κύβδ' ἑστάναι. Quibus addimus pauca verba, quae perinde ac πίπτειν non in numero verborum eundi referri possunt; Fr. 349 n ἐς τὴν γῆν κύψασα κάτω cf. νεύειν Vesp. 1110 n, ἐπινεύειν Eq. 657, καραδοκεῖν Eq. 663.

e. Semel ἐς cum casu suo pendet e substantivo: Ach. 192 ὄζουσι χαῦται πρέσβεων ἐς τὰς πόλεις [1]).

Ceteros locos, ubi ἐς verbis eundi additur enumerare sufficiat: Ach. 28, 43, 80, 81, 266 m, 877, Eq. 147, 475, 485, 559 m, 604 n, 805 n, 935 n, 1312 n, 1394, Nub. 142, 837, 1004 n, Vesp. 16, 122, 837, 910, 1162, 1271 m, 1310, Pac. 70, 81, 104, 112, 161 n, 356 n, 445, 536, 552, 555 n, 562 n, 569 n, 585 m, 972, 1010 n, 1126, 1192, Av. 710 n, 1023, 1369, 1686, 1715 T, Lys. 302 m [2]), 392, 411, 605 n, 743 T, 770 e, 786 m, 912, 977 n, 1231, Th. 457, 485, 645. 812 n, 954 m [3]), 1148 m, Ran. 129, 186, 373 n, 446 m, 485, 1163, 1352 mt, 1529 n, Eccl. 62, 84, 129, 270, 281, 289 m, 352, 384, 460, 490 n, 685 n, 686 n, 711, 819, 959 m = 967 m, 1059, Plut. 606 n, 874, 952, 1209 n, Fr. 169 n, 477, 718.

2. Verbis movendi:

a. Incipiamus, ut sub 1) fecimus, a verbis compositis cum ἐν et ἐς: Vesp. 1056 n ἐσβάλλετέ τ' ἐς τὰς κιβωτούς, sed Av. 1146 ἐς τὰς λεκάνας ἐνέβαλλον cf. Pac. 258, Lys.

---

[1]) Cf. Dind. fr. dub. VII: „Hesychius, οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθόν „ἐσθ' ὁ πλοῦς: Ἀριστοφάνης. Quibus subiungit explicationem proverbii. Non „satis apparet, utrum comicum dicat an grammaticum Aristophanem."

[2]) Lys. 338 m, metrum evincit, Bentleium ἐς πόλιν recte delevisse.

[3]) Th. 1045 m ἐπὶ δὲ τοῖσδε τόδ' ἀνέπεμψεν ἱερόν. — τοῖσδ' ἐς τόδ' probabilis coniectura est Hermanni.

562 n. — Verba eundi, ut modo vidimus, saepius cum ἐς quam cum ἐν componuntur: contra verborum movendi composita cum ἐν longe frequentissima sunt. — Composita cum ἐς, praeterquam l. l. Vesp. 1056 n, ter tantum occurrunt: Ach. 379 εἰσελκύσας — ἐς τὸ βουλευτήριον, 921 ἂν ἐσπέμψειεν ἐς τὸ νεώριον, Vesp. 1475 ἐσκεκύκληκεν ἐς τὴν οἰκίαν.

Composita cum ἐν: ἐμβάλλειν (de Pac. 258, Av. 1146, Lys. 562 n vide supra), — ἐς τὸ βάραθρον Eq. 1362, Nub. 1450 n, Ran. 574, Plut. 1109: — εἰς ἄντρον βαθύ Pac. 223 cf. 224 (bis): τὴν βάλανον ἔμβαλλε — ἐς τὸν μοχλόν Vesp. 200 cf. Eq. 377 n: εἰς ὀξάλμην ἔμβαλε θερμήν Vesp. 331 n; ἐμβάπτειν Nub. 150, Fr. 205; ἐγχεῖν Ach. 1053, 1068, Pac. 1242, Av. 1081 n, Ran. 620, Vesp. 440 n (ubi per iocum dictum est κλάειν τέτταρ' ἐς τὴν χοίνικα) [1]; ἐγχέζειν Eccl. 347; ἐνσταλάττειν Ach. 1034; ἐγκρούειν: παττάλους ἐνέκρουεν ἐς τὸν τοῖχον Vesp. 130 cf. θυννάζοντες ἐς τοὺς θυλάκους Vesp. 1087 n; ἐντιθέναι: ἐνθεὶς — ἐς τίφην Ach. 920, ἐς τὼ κοθόρνω τὼ πόδ' ἐνθεὶς ἵεμαι Eccl. 346 [2]); ἐγκατακλίνειν: τὸν θεὸν ἐγκατακλινοῦντ' ἄγωμεν εἰς Ἀσκληπιοῦ Plut. 621, ubi praepositio etiam cum ἄγωμεν coniungi posse videtur: vide tamen 411 κατακλίνειν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ.

---

[1]) Fr. 128 n Locus corruptus, ἔγχεον ἐς secludit Dind.

[2]) Fr. 291 n vid. Dind.: „Aliud praeceptum Pythagoricum ex Aristo-„phane attulit Suidas s. v. δεξιόν, Δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς „ποδανίπτραν (recte Bruncknius ποδάνιπτρον): Ἀριστοφάνης. ἐπὶ τῶν ἀρχο-„θίως τοῖς πράγμασι κεχρημένων. Qui tamen vereor ne grammaticum „Aristophanem in mente habuerit: nam quod vocabulo ποδάνιπτρον „in superiore fragm. 290 utitur, ei ego nihil tribuo. Ex Polemone affert „Helladius apud Photium p. 533 b. 17. ed. Bekker. ὅτι παροιμίαν εἶναί „φησι τὸν δεξιὸν ὑποδεῖσθαι πόδα, τὸν δ' ἀριστερὸν νίζειν· φησὶ γὰρ ὁ „Πολέμων, ὡς μαρτυρεῖ Δίδυμος, δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς „ποδάνιπτρα."

Ubi verbis cum σύν compositis additur, praepositio ἐς magis accusativum regit rei, ad quam actio pergit (sensu translato), quam versus quam motus dirigitur: ipsa res finis actionis est vel efficitur actione: Lys. 585 n δεῦρο ξυνάγειν καὶ ξυναθροίζειν εἰς ἕν (sc. τὸ κάταγμα) «in unum glomerem cogere», Ran. 1262 εἰς ἓν γὰρ αὐτοῦ τὰ μέλη ξυντεμῶ, Eccl. 674 n, Plut. 1108.

Prorsus metaphorice dictum est, quod legimus Eq. 854 n τοῦτο δ' εἰς ἕν ἐστι συγκεκυφός, «in unum conspirant».

Cum locis, quales sunt Lys. 585 n, Ran. 1262, aliqua ex parte conferri potest Ach. 320 n καταξαίνειν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐς φοινικίδα, nisi ibi recipienda est Halbertsmae coniectura τουτονὶ φοινικίδα.

Porro hosce locos afferimus: Av. 518 n ἐς τὴν χεῖρα διδόναι τινί cf. Nub. 506 ἐς τὼ χεῖρε —, Av. 1112 n ἐς τὰς χεῖρας —; Ach. 469 ἐς τὸ σπυρίδιον ἰσχνά μοι φυλλεῖα δός, Lys. 579 n ξαίνειν ἐς καλαθίσκον, Fr. 344 τρυγός τε φωνὴν ἐς λεκάνην ὠθουμένης, Nub. 230 τὴν φροντίδα λεπτὴν καταμίξας ἐς τὸν ὅμοιον ἀέρα, Ran. 1381 τοῦπος νυν λέγετον ἐς τὸν σταθμόν, Lys. 188 T εἰς ἀσπίδ' — μηλοσφαγούσας, et sic 190 (respectu versus 188) μὴ σύ γ' — εἰς ἀσπίδ' ὀμόσῃς μηδέν «ad vel super clypeum brachia tollens».

b. Ellipsin vel breviloquentiam invenimus: Eq. 1303 n φασὶν αἰτεῖσθαί τιν' ἡμῶν ἑκατὸν ἐς Καλχηδόνα «ad expeditionem in Chalcedonem», Pac. 283 ἐς τἀπὶ Θράκης χωρία/ χρήσαντες ἑτέροις αὐτόν, Eccl. 740 πολλάκις ἀναστήσασά μ' εἰς ἐκκλησίαν cf. Plut. 683 ἐπὶ τὴν χύτραν τὴν τῆς ἀθάρης ἀνίσταμαι, Plut. 741 ὁ θεὸς δ' εὐθέως/ ἠφάνισεν αὐτὸν οἵ τ' ὄφεις ἐς τὸν νεών, Fr. 460 ὄκως ἔχων τὸν παῖδα πωλήσει 's (sic Casaubonus pro πωλήσεις) Χίον,/ ἕτερος δ' ὄκως ἐς Κλαζομενάς, ἕτερος δ' ὄκως/ ἐς Ἔφεσον, οἱ δ' ἐς Ἄβυδον.

c. Cum genetivo personae omissa voce οἰκία vel ἱερόν

(cf. 1c): Ach. 1222 m θύραζέ μ' ἐξενέγκατ' ἐς τοῦ Πιττάλου [1]), Ran. 172 βούλει σκευάρι' εἰς Ἅιδου φέρειν; Plut. 441 κατακλίνειν αὐτὸν εἰς Ἀσκληπιοῦ cf. 621.

d. Cum πίπτειν ἐς τὸν ὦμον (cf. 1*d*) hic componi potest Nub. 549 n ἔπαισ' ἐς τὴν γαστέρα.

Ceteros locos, ubi ἐς verbis movendi additur, enumerare sufficiat: Eq. 424 n, 484, 772, Nub. 236; 404 n, 585 n, 751, 762, Vesp. 18, 123, 196, 1005, 1163, Pac. 307, 882, 1318 n, Av. 437, 699 n, 791 n, 1034, 1140, 1249, Lys. 160, 185, 197, 308 n, 680 n, Ran. 1074 n, 1350 m [2]), Eccl. 602 n, 681 n, 728, 759, Plut. 681, Fr. 185*b*, 262, 537, 590 n (vide Blayd. fr. 673).

His adicimus omnes locos, ubi ἐς κόρακας occurrit, verbis sive eundi sive movendi additum (semel, Th. 1226 κατὰ τοὺς κόρακας cf. κατά c. acc. I: 2): Nub. 123 ἀλλ' ἐξελῶ σ' ἐς κόρακας ἐκ τῆς οἰκίας, Ran. 189 ποῖ σχήσειν δοκεῖς; ἐς κόρακας ὄντως; Vesp. 51, Pac 19, 117 n, Av. 28, Ran. 187. — Volgo tamen exsecratio est: ἐς κόρακας Nub. 646, Vesp. 852, 982; οὐκ ἐς κόρακας: Nub. 871, Vesp. 458 n, Ran. 607, Plut. 394; βάλλ' ἐς κόρακας Nub. 133, Vesp. 835, Th. 1079 n (bis), Plut. 782, Fr. 80; παῦ' ἐς κόρακας Ach. 864, Av. 886; οὐκ ἐς κόρακας ἀποφθερεῖ; Eq. 892 n, Nub. 789; cf. porro Eq. 1314 n, Pac. 500, 1221, Av. 990, Plut. 604 n, Fr. 372, 512. — Eodem sensu occurrit Eq. 1151 ἄπαγ' ἐς μακαρίαν ἐκποδών.

3. Denique ἐς praeterquam verbis eundi et movendi adiungitur hisce: βλέπειν (de hoc verbo coniuncto cum accusativo personae cf. I: init.), Ach. 1108, Nub. 187, 193,

---

[1]) Eccl. 1037 ποῖ τοῦτον ἕλκεις σύ; / τὸν ἑαυτῆς εἰσάγω. σύ om. ΠΓ: εἰς ἑαυτῆς εἰσάγω ΓΡ. Δ.: unde Meinekius ἕλκεις; εἰς ἑαυτῆς εἰσάγω.

[2]) Ran. 1441 εἰ ναυμαχοῖεν κἀτ' ἔχοντες ὀξίδας / ῥαίνοιεν ἐς τὰ βλέφαρα τῶν ἐναντίων cett. Locus spurius.

Pac. 56, Av. 264; ἀποβλέπειν Ach. 32; ὁρᾶν Eccl. 255; τὸν ὀφθαλμὸν παραβάλλειν Eq. 173, 174; λάμπειν Eccl. 12; κράζειν Vesp. 416 m; καλεῖν Ach. 125, Eq. 1404 sq., Av. 494 n, Lys. 1, 2 (bis), Th. 1137 m; κικλήσκειν Nub. 565 m; ἀναβοᾶν — βοᾶν Fr. 314 m.

4. Distantia significatur locutione ἐκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλήν, quae tamen semel tantum idque sensu translato invenitur: Plut. 650 ἐκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλήν σοι πάντ' ἐρῶ.

II. Nonnullae dictiones translatae iam passim sub I ascriptae sunt.

1. E notione locali, de qua sub I: 1 diximus, vis translata oritur, quam praebent locutiones hacce: ἦν ἅπαξ ἐς χεῖρας ἔλθῃ τὰς ἐμάς Pac. 317 n; ἐς λόγον ἐλθεῖν τινι Eq. 806 n, Nub. 467, Vesp. 472 n [1]), Av. 258 m; — ξυνελθεῖν — Eq. 1300 n; ἐς λόγους ξυγγίγνεσθαί τινι Nub. 252.

Huc addam, quamquam ξυνάπτειν magis ad II: 2 pertinet, Lys. 468 n τί τοῖσδε σαυτὸν ἐς λόγον τοῖς θηρίοις ξυνάπτεις; — Sermo ab una re transfertur ad aliam Nub. 1058 n ἄνειμι δῆτ' ἐντεῦθεν ἐς τὴν γλῶτταν cf. 1075 n, Ran. 1248.

Porro: Nub. 832 σὺ δ' ἐς τοσοῦτον τῶν μανιῶν ἐλήλυθας, Ran. 641 χωρεῖς γὰρ ἐς τὸ δίκαιον, Vesp. 369 n, Ran. 877 m, Fr. 471 T. — Vesp. 666 n καὶ ποῖ τρέπεται δὴ 'πειτα τὰ χρήματα τἄλλα; ἐς τούτους τούς cett. — Nub. 40 ἐς τὴν κεφαλὴν ἅπαντα τὴν σὴν τρέψεται cf. Ach. 833; ἐς κεφαλὴν σοί sc. τράποιτο Pac. 1063 e, Plut. 526 n cf. 650 sq. ἐκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλήν σοι πάντ' ἐρῶ. / μὴ δῆτ' ἔμοιγ'

---

[1]) Vesp. 472 n legimus ἔσθ' ὅπως — ἐς λόγους ἔλθοιμεν ἀλλήλοισι καὶ διαλλαγάς; quibus chorus respondet 473 n σοὶ λόγους ὦ μισόδημε cett. In editionibus ante λόγους fortasse recte restituitur ἐς. Bothius edidit σοὶ 'ς, Dindorfius σοὺς (i. e. σοὶ ἐς) cf. § 4: 13, 14.

ἐς τὴν κεφαλήν, vide Blayd. ad h. l.: «Verba ἐς τὴν κεφαλήν «propter adiunctum σοι (quod tamen ad ἐρῶ revera per- «tinebat) ut mali ominis παραιτεῖται. Adde quod τὰ πράγ- «ματα significare possunt non modo res sed molestias cf. «Eccl. 557, 558». — Lys. 420 τοιαῦτ' ἀπήντηκ' ἐς τοιαυτὶ πράγματα. — Plut. 919 ὥστ' εἰς ἔμ' ἥκει τῆς πόλεως τὰ πράγματα «proinde in me recidunt civitatis negotia» [1]).

2. Ex I: 2, si vis praepositionis transfertur, nascuntur haec: Ach. 679 n ἐμβάλλειν ἐς γραφάς, Nub. 1460 — ἐς κακόν: Eq. 925 n ἐς τοὺς πλουσίους ἐγγραφῆναι: Eq. 1387 ἐς τἀρχαῖα καθίστασθαι «in pristinum statum reduci»; Nub. 1080 n ἐς τὸν Δί' ἐπανενεγκεῖν «ad Iovem causam referre»; Nub. 1455 στρέψας σεαυτὸν ἐς πονηρὰ πράγματα cf. Pac. 947 m; Vesp. 1260 κἄτ' ἐς γέλων τὸ πρᾶγμ' ἔτρεψας: Th. 651 εἰς οἴ' ἐμαυτὸν εἰσεκύλισα πράγματα cf. 767; Ran. 850 γάμους δ' ἀνοσίους ἐσφέρων ἐς τὴν τέχνην cf. 1298 [2]).

3. Porro ἐς variis modis personam vel rem indicat, ad quam cogitatio, sermo, actio pertinent:

a. Plut. 361 σὺ μηδὲν εἰς ἔμ' ὑπονόει τοιουτονί. Unicum exemplum praepositionis ἐς coniunctae cum verbo dicendi (exceptis ὑβρίζειν sim. quae secuntur) extat Av. 457 m λέγ' ἐς κοινόν, vid. Blayd., qui i. a. laudat Aesch. Eum. 408 πᾶσι δ' ἐς κοινὸν λέγω, Thuc. 4: 59 ἐς κοινὸν — τὴν δοκοῦσάν μοι βελτίστην γνώμην εἶναι ἀποφαινόμενος, Verg. Aen. XI: 335 «consulite in medium». — Plut. 899 τούτους ὑβρίζειν εἰς ἔμ', «istos ludibrio habere me» [3]). Pac. 1229 contra ὑβρίζειν eodem sensu, quo Plut. 899, cum solo accusativo

---

[1]) Eq. 760 n πρὸς ταῦθ' ὅπως ἕξει πολὺς καὶ λαμπρὸς ἐς τὸν ἄνδρα, Cob. ἐπὶ.

[2]) Fr. 461 κοὐδὲν ἄνδρα εἰς ἄταπον οὐδ' ἀνεπιήλαι μέν. Locus corruptus, nondum emendatus, vid. Dind., Blayd. fr. 544.

[3]) Fr. 243 ἤδη παροινεῖς ἔς με, πρὶν δεδειπνάναι. ἔς με Dind. ἐμὲ vulg., vide etiam Blayd. fr. 247.

coniungitur: παῦσαί μ' ὑβρίζων τοῖς ἐμοῖσι χρήμασιν [1]). Fr. 283 n ἀλλ' εἰς ἥρων — τι παρήμαρτον, Nub. 558 n ἐρεῖδουσιν εἰς Ὑπέρβολον.

b. ποιεῖν ἔς τινα vel τι, addito vel omisso obiecto μέλη: Nub. 557 n, Av. 917, 949, Ran. 1048 n. Item ᾄδειν Eq. 1265 m, Nub. 1204, Pac. 1300 e, Av. 1416, Fr. 414. — Lys. 1244 κἀείσω καλὸν/ ἐς τὼς Ἀσαναΐως τε κἠς αὐτὼς ἁμᾶ (sic Brunckius: καὶ R. Aug.: καὶ ἐς BC). Huc facit etiam Pac. 995 n παῦσον δ' ἡμῶν τὰς ὑπονοίας/ τὰς περικόμψους/ αἷς στωμυλλόμεθ' εἰς ἀλλήλους «compesce festivas illas «nostras suspiciones, quibus adducti nugas garrientes alii «alios calumniamur».

c. Hic illic indicatur, aliquid dictum esse ratione habita alicuius rei, spectare ad aliquid (cf. πρός c. acc. II: 5*a*, ἐπί c. dat. II: 4): Eq. 1085 τὴν Κυλλήνην — ἐς τὴν χεῖρ' — ἠνίξατο τὴν Διοπείθους cf. Pac. 47; Av. 963 χρησμὸς ἄντικρυς λέγων/ ἐς τὰς Νεφελοκοκκυγίας cf. Plut. 51, 52.

Cum quo usu arcte cohaeret significatio «quod attinet ad»: Eq. 90 οἶνον σὺ τολμᾷς εἰς ἐπίνοιαν λοιδορεῖν; Nub. 612 n ἐς δᾷδ' (sc. ὠφελοῦσ' ἡμᾶς) οὐκ ἔλαττον ἢ δραχμήν, Vesp. 743 m, Ran. 719 n sq.

d. Ἐς occurrit etiam praeditum illa potestate praepositionis πρός c. acc. quam πρός II: 5*b* cognovimus, nempe «accedere aliquid ad similitudinem alicuius rei», «cadere quid in aliquem»: Eq. 193 ἡ δημαγωγία γὰρ οὐ πρὸς μουσικοῦ/ ἔτ' ἐστὶν ἀνδρὸς οὐδὲ χρηστοῦ τοὺς τρόπους/ ἀλλ'

---

[1]) Non igitur opus videtur, ut Nub. 1506 cum Dindorfio legamus τί γὰρ παθόντ' ἐς τοὺς θεοὺς ὑβριζέτην, minus etiam cum et R· (μαθόντες τοὺς θεοὺς ὑβρίζετε) et V. (μ. εἰς τ. θ. ὑβρίζετε) pluralem exhibeant (sic quoque vs. 1507 ἐσκοπεῖσθε). Εἰς in V. explicandi causa insertum esse potest. Pro „verbis alicui insultare" igitur promiscue usurpari videntur ὑβρίζειν τινά, et — ἔς τινα. Discrimen, quod Lucian. Soloec. 10 facit, ad aliam significationem verbi („laedere factis") pertinet.

εἰς ἀμαθῆ καὶ βδελυρόν, Ach. 686 n ἐς τάχος, Nub. 593 n ἐς τἀρχαῖον «ut olim fieri solebat». — Idem fortasse significare potest ἐς τὸ πρόσθε Eq. 751: ἀλλ' ἐς τὸ πρόσθε χρὴ παρεῖν' ἐς τὴν πύκνα. Attamen Aristophanes, si h. l. de tempore cogitasset, procul dubio euphoniae causa scripsisset ὡς (ut revera editur a Kockio aliisque). Quamobrem si locus sanus est, melius videtur conferre Ach. v. 43 πάριτ' ἐς τὸ πρόσθεν, unde vir clarissimus van Herwerden nostro loco mavult παριέν' pro παρεῖν'. — Av. 805 οἶσθ' ᾧ μάλιστ' ἔοικας ἐπτερωμένος;/ εἰς εὐτέλειαν χηνὶ συγγεγραμμένῳ «anseri pro vili pretio, ut vili pretio consentaneum est, «depicto». Kockius: «möglichst billig, d. h. hier nachlässig» [1]).

e. Subinde pendet ἐς cum casu suo ex adiectivis, illud indicans, ad quod qualitas quaedam pertinet, in quo cernitur (cf. πρός c. acc. II: 6): Ran. 1024 n ἀνδρειοτέρους — ἐς τὸν πόλεμον, Plut. 493 n βούλευμα — χρήσιμον εἰς ἅπαν ἔργον, Eq. 187 ὅσον πέπονθας ἀγαθὸν ἐς τὰ πράγματα, Nub. 1110, Vesp. 1101 n, Av. 156, Th. 532 n, Ran. 968 n, Plut. 209, 273 n.

f. Tum nonnunquam significatur aliquid fieri in (ad) aliquid vel in usum alicuius rei: ἐς ubique respondent nostrae praepositioni «voor»:

Ach. 961 ἐς τοὺς Χόας αὐτῷ μεταδοῦναι τῶν κιχλῶν cf. Pac. 879; Eq. 915 n εἰς ἣν (sc. ναῦν) ἀναλῶν cf. Fr. 15 (bis); Eq. 1185 ἐπίτηδες αὖτ' ἔπεμψέ σοι/ ἐς τὰς τριήρεις ἐντερόνειαν ἡ θεός, Pac. 37 οἱ τὰ σχοινία/ τὰ παχέα συμβάλλοντες ἐς τὰς ὁλκάδας, 563 n ἐμπολήσαντές τι χρηστὸν

[1]) Th. 452 ὥστ' οὐκέτ' ἐμπολῶμεν οὐδ' εἰς ἥριυ, vid. Blayd. „οὐδὲ „Ἥριυ Hamak. Mein. quod recipiendum. Postulatur enim articulus „cf. Lys. 116, 132." Etiamsi hoc verum sit, praepositio fortasse retineri potest, si legimus οὐδ' ἐς Ἥριυ.

εἰς ἀγρὸν ταρίχιον (coniunge εἰς ἀγρόν cum ἐμπολήσαντες) cf. 1202; Av. 1689, Ran. 731 n, Fr. 23 [1] [2].

g. Subinde res, ad quam actio pertinet, ipsa actione acquiritur vel efficitur (cf. πρός c. acc. II: 7): Nub. 859 ὥσπερ Περικλέης ἐς τὸ δέον ἀπώλεσα, Pac. 374 ἐς χοιρίδιόν μοι νυν δάνεισον τρεῖς δραχμάς «ut porcellum emam» cf. 1263, Plut. 1012. — Nub. 269 n ἔλθετε δῆτ', ὦ πολυτίμητοι Νεφέλαι, τῷδ' εἰς ἐπίδειξιν «ut vosmet huic ostendatis», Vesp. 645 m παντοίας πλέκειν / εἰς ἀπόφυξιν παλάμας «ut aufugiat» cf. Fr. 496.

III. Av. 606 n πῶς δ' ἐς γῆρας ποτ' ἀφίξονται cf. Nub. 513 m, referri potest ad I: 1. Porro duo genera locutionum distinguenda sunt:

1. in quibus actio pertinet tantum ad momentum temporis futuri: Ach. 172 τοὺς Θρᾷκας ἀπιέναι, παρεῖναι δ' εἰς ἕνην, Nub. 1222 καλοῦμαι Στρεψιάδην — ἐς τὴν ἕνην τε καὶ νέαν cf. 1180, 1189 sq., 1223, Av. 1046; porro Pac. 366, Lys. 612. Praeterea huc faciunt: οὐκέτ' ἐς μακράν Vesp. 454 n; εἰς ἑσπέραν Pac. 966, Eccl. 1047, Plut. 998, 1201, Fr. 6; ἐς καιρόν Av. 1688 (hoc fortasse melius refertur ad II: 3 d).

2. in quibus ἐς accusativum regit temporis, in quod quid extenditur vel durat: Nub. 562 n ἐς τὰς ὥρας τὰς ἑτέρας εὐφρονεῖν δοκήσετε, Th. 951 n ἐκ τῶν ὡρῶν ἐς τὰς ὥρας, Ran. 380 n ἐς τὰς ὥρας, Vesp. 748 m ἐς τὸ λοιπόν.

---

[1]) Fr. 471 T εἰς Οἰδίπου δὲ παῖδε, διπτύχω κόρῳ / Ἄρης κατέσκηψ' ἔς τε μονομάχου πάλης / ἀγῶνα νῦν ἑστᾶσιν. Vide Dind „κατέσκηψ' ἔς τε „Porsonus. Legebatur κατέσκηψέ τε. Euripidis versus Phoen 1378—1381 „comparavit Valckenarius" ubi i. a. haec leguntur: ἔστησαν ἐλθόντ' ἐς μέσον μεταίχμιον / ὡς εἰς ἀγῶνα μονομάχου τ' ἀλκὴν δορός.

[2]) Fr. 496 χωρεῖ 'πὶ γραμμὴν λορδὸς ὡς εἰς ἐμβολήν, sic Dind: ὡς ἐμβολῇ vulg.

2. ΕΝ.

I. Locum indicat, ubi quis vel quid versatur (cf. κατά I: 1b).

1. De loco in universum: ἐν ταὐτῷ μένειν Vesp. 969, Av. 170; — οἰκεῖν Av. 968 e; — καθῆσθαι Ran. 1103 m; ἐν τῷδε ταὐτῷ χωρίῳ Th. 1060; ἐν καλῷ Th. 292, Eccl. 321; ἐν καθαρῷ Eccl. 320; ἐν τῷ πρόσθε Ran. 287; ἐν μέσῳ Pac. 1118, Av. 1005; ἐν τῷ μέσῳ Fr. 69. — Ἐν μέσῳ cum genetivo occurrit Vesp. 1374 et in locutione elliptica Av. 187 ἐν μέσῳ δήπουθεν ἀήρ ἐστι γῆς. — Cf. porro Eq. 750, Th. 664 n, Eccl. 2 T.

2. De domibus sim.: ἐν δόμοισιν Ach. 543 T; ἐνὶ δώμασι Nub. 1159 m T; ἐν οἰκίᾳ Ach. 975 m, Vesp. 827; ἐν ταῖς οἰκίαις Eccl. 211; οἶκον ἐν ᾧ Nub. 600 m.

Pro domo vel porticu bis nominatur littera, qua distinguitur (cf. ἐκ I: 3): Eccl. 683 n ἐν ὁποίῳ γράμματι δειπνεῖ, Plut. 972; ἐν πρυτανείῳ Eq. 167, 709, Pac. 1084 e, Ran. 764; ἐν τῷ πρυτανείῳ Eq. 535 n, 766 n; ἐν τοῖς ἱεροῖς Av. 525 n, Ran. 1080 n; ἐν ἱεροῖς Av. 1109; ἐν ἱερῷ Th. 965 m; ἐν βαλανείῳ Eq. 1060, Lys. 574 n; ἐν οὐρανῷ Av. 1234.

Cf. porro Eq. 609 n, 792 n, 897 n, 979 m T, 1236, 1285 n, Nub. 1002 n, Vesp. 1109 n, 1111 n, Pac. 669, Av. 234 m, 694 n, 794 n, 1097 m, 1441, Lys. 593 n, Th. 15 T, Ran. 233 m, 247 m, 323 m, 423 m, 666 m T, 704 n L, 729 n, Eccl. 154.

Ellipsis cernitur his locis (cf. ἐκ I: 1, ἐπί c. gen. I: 3, ἐς I: 1 c): ἐν παιδοτρίβου Eq. 1238, Nub. 973 n; ἐν τῶν δημιουργῶν Lys. 407; ἐν ἀλλοτρίων Th. 795 n; ἐν Θεσμοφόροιν Th. 83; ἐν Ἅιδου Ran. 774.

Quibus statim subicimus formulam, quamquam trans-

latam, quae extat Vesp. 642 n κἄστιν οὐκ ἐν αὑτοῦ «non apud se est», «non recte sapit» cf. Krüger. § 47: 6: 6, Herm. ad Vigerum 171 C, 389.

A 2) non multum differunt hi loci: Ach. 279 m ἡ δ' ἀσπὶς ἐν τῷ φεψάλῳ κρεμήσεται, Eq. 1013 ὡς ἐν νεφέλαισιν ἀετὸς γενήσομαι cf. Av. 978 e, 987 e. — ἐν σκότῳ Vesp. 256 m, 911, Eccl. 314, 375 et sic Av. 1483 m T ἐν τῇ λύχνων ἐρημίᾳ. — Vesp. 275 m ubi libri exhibent προσέκοψεν τῷ σκότῳ, a Bentleio recte scriptum est προσέκοψ' ἐν τῷ σκότῳ, nam nusquam alibi apud Aristophanem invenitur solus dativus; cf. porro [1]) Eq. 771 n, Nub. 286 m, Av. 620 n, 1094 m, Ran. 146, Fr. 366 n.

3. De urbibus earumque partibus: Ach. 636 τοὺς δ' ἐν Καμαρίνῃ κἀν Γέλᾳ κἀν Καταγέλᾳ, Eq. 477 καὶ τὰς ξυνόδους τὰς νυκτερινὰς ἐν (sic recte R., ἐπὶ ceteri) τῇ πόλει, Ach. 729, 829, Eq. 55, 355 n, 1037 e, 1089 [2]), 1323 n, Nub. 249, Vesp. 159, 1143, 1144, Av. 1694 m T? Lys. 1131 T, Plut. 173, 303 n, Fr. 550 m; ἐν ταῖς πόλεσιν Ach. 643 n, Av. 509 n, Ran. 1010 n, Plut. 567 n; ἐν τῇ πόλει Eq. 839 n, 863 n, 981 m T [3]), 1302 n T, Vesp. 651 n, Pac. 704, Ran. 692 n, Eccl. 53, 104, 456, Plut. 407; ἐν ἄστει Av. 494 n; ἐν Λίμναισιν Ran. 216 m; ἐν Πειραιεῖ Pac. 145, 165 n; ἐν τῇ τετραπόλει Lys. 285 n; ἐν πόλει «in arce» cf. Thuc. 2: 15 καλεῖται δὲ ἡ ἀκρόπολις μέχρι

---

[1]) Ach. 986 m τὰς χάρακας ἥπτε πολὺ μᾶλλον ἐν τῷ πυρί. Hermannus pro ἐν coniecit ἔτι: fortasse recte: solus enim locus est huius carminis, ubi creticus respondet paeoni.

[2]) Eq. 1271 m L sola metri ratio evincit recte legi Πυθῶνι δίᾳ pro Π. ἐν δίᾳ.

[3]) Eq. 1262 ὥσθ' ὁμολογεῖν σε μηδὲν' ἀνθρώπων ἐμοῦ | ἰδεῖν ἀμείνω 'ν τῇ Κεχηναίων πόλει. Dind. coniecturam Hirschigii 'ν in textum recepit: at τῇ Κεχηναίων πόλει dativus commodi esse potest.

τοῦδε ἔτι ὑπ' Ἀθηναίων πόλις: Eq. 267 n, Lys. 245, 317 n, 754, 758, 1183. Sed **Eq. 382 m** ἐν πόλει est «in urbe».

Subinde per ἐν non commoratio in loco sed prope locum, in vicinia loci significatur (cf. ἐπί c. dat. I: 2: ἐπ' Ἀρταμιτίῳ = ad Artemisium): Eq. 785 n ἵνα μὴ τρίβῃς τὴν ἐν Σαλαμῖνι, Vesp. 236 n ἡνίκ' ἐν Βυζαντίῳ ξυνῆμεν. Fr. 363 n καὶ κολλύραν τοῖσι περῶσιν (γέρουσιν Bergkius, cum magna veri specie) διὰ τοὺν Μαραθῶνι τροπαῖον. Ut supra vidimus, cf. διά c. acc. II: 2, accusativus hic unice aptus est. Potest igitur fieri, ut etiam Eq. 1334 n et Vesp. 711 n τοῦ 'ν Μαραθῶνι τροπαίου retinendum sit, ut proposuit Kock. ad Eq. 1334, Fr. 413; attamen scriptura loci Fr. 363 n parum certa nititur coniectura, neque ἐν Μαραθῶνι ex titulo satis vetusto prolatum est, aut inventus poetae locus non depravatus, ubi praepositionem metrum postulat. — Eq. 55, 355 n, Av. 399 n, Lys. 104, Th. 901 tT?.

Eodem sensu dicitur Pac. 179 τίς ἐν Διὸς θύραισιν; Ran. 1094 n [1])

Eadem vi, sed sensu translato usurpatur ἐν: Eq. 847 n ἐπίσχες ἐν ταῖς ἀσπίσιν.

4. De foro vel quavis planitie: ἐν ἀγορᾷ Ach. 21, 533, Eq. 293 n, 1009, 1245, 1373, Nub. 1055 n, Vesp. 492 n, 1372, Plut. 787, Fr. 162 m; ἀγορά τ' ἐν ᾗ Eq. 636; ἐν τἀγορᾷ Ach. 728, 838 m, 848 m, 855 m, Eq. 677, 1258 t. Pro foro nominantur subinde res, quae ibi veneunt: ἐν τῷ μύρῳ Eq. 1375; ἐν τοῖς ἰχθύσιν Vesp. 789; κἀν ταῖσι χύτραις κἀν τοῖς λαχάνοισιν Lys. 557 n; ἐν ταῖς μυρρίναις Th. 448; ἐν τοῖς στεφανώμασιν Eccl. 305 m. — ἐν τῇ

[1]) De Eccl. 964 m ἐν γὰρ τῷ σῷ — κόλπῳ nihil certi statui potest, siquidem, ut recte ait Dindorfius Metr. poet. scen. p. 390, versuum 951—959, quorum antistrophen faciunt 960—968, responsio magna ex parte librariorum erroribus obscurata est. Locus est funditus corruptus.

πυκνί Eq. 749, 1137 m, Vesp. 31, Pac. 680; ἐν πυκνί Eccl. 243; ἐν ἀγρῷ Pac. 1249; ἐν ἀγρῷ — ἐν τῷ γηδίῳ Fr. 344; ἐν τοῖς ἀγροῖς Pac. 707, 868, Plut. 224. Cur Fritzschius Fr. 30 ἐν ἀλιπέδῳ in ἐπ'- mutare velit, non intellego. — μήτε γῇ μήτ' ἐν θαλάττῃ Eq. 610 n cf. Ach. 533, 534 (bis), Eq. 598 n, Vesp. 22 (bis), 23, 678 n, Av. 1064 m. — ἐν ταῖς ὁδοῖς Eq. 348 n, Nub. 362 n, 964 n, Vesp. 542 m, Lys. 523 n, Eccl. 773. — Cf. porro Ach. 1128, Eq. 1077, Nub. 271 n, Vesp. 802, Av. 159, 506 n, 1085 n, 1157, Ran. 1533 n T, Eccl. 709 n. — Denique de omnibus rebus planis usurpatur, in quibus quis quidve iacet, dormit, scribit aut aliquid denique facit: Plut. 527/8 n οὔτ' ἐν κλίνῃ καταδαρθεῖν — οὔτ' ἐν δάπισιν, Eq. 104 ῥέγκει μεθύων ἐν ταῖσι βύρσαις ὕπτιος, Ach. 72, Nub. 1069 n, Vesp. 1213, Pac. 1014 n T, Ran. 439, 543 m, Eccl. 39, 334, 541, Fr. 116 m. — Sic quoque γράφειν ἔν τινι: Ach. 144 ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφ', Av. 450, Lys. 513 n, Ran. 938 n; Eq. 1369 ὁπλίτης ἐντεθεὶς ἐν καταλόγῳ, Vesp. 98, Av. 1354, Ran. 933 n. — Restat Plut. 1167 σπεύδουσιν ἐν πολλοῖς γεγράφθαι γράμμασιν. Decuriae iudicum litterarum notis ab A ad K inter sese distinguebantur: eisdem litteris fortasse catalogi notabantur, quibus eorum nomina inscribi solebant cf. breviloquentia, quam supra sub 2) habuimus: Eccl. 683 n ἐν ὁποίῳ γράμματι δειπνεῖ, Plut. 972)

5. De terris et insulis: Ach. 136 χρόνον μὲν οὐκ ἂν ἦμεν ἐν Θράκῃ πολύν, 168, Eq. 465, 798 n, Nub. 1130 n, Vesp. 662 n, Av. 1012 n, Lys. 524 n, 566 n, 994. — Th. 446 ἀπέθανεν μὲν ἐν Κύπρῳ, Vesp. 284 m, 639 m, Pac. 277, Lys. 313.

In locum terrae hic illic habitantes substituuntur (cf. ἐκ I: 1, ἐς I: init.): ἐν Χαόσιν Ach. 604, Eq. 78; ἐν Βοιωτοῖς Ach. 900, Eq. 480; ἐν Αἰτωλοῖς Eq. 79. Semel pagani pro pago Ran. 651 ὁπόθ' Ἡράκλεια τὰν Διομείοις

γίγνεται: semel ellipsis dativi δήμῳ occurrit Eq. 79 τὼ χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ νοῦς δ' ἐν Κλωπιδῶν (com. pro Κρωπιδῶν) sc. δήμῳ.

6. De montibus et omnino locis superioribus (cf. ἐπί c. gen. I: 1, c. dat. I: 1): Av. 578 n τούτους δὲ θεοὺς τοὺς ἐν Ὀλύμπῳ, 1162 φυλακαὶ καθεστήκασι — ἐν τοῖσι πύργοις, Th. 278 τὸ τῆς ἐκκλησίας/ σημεῖον ἐν τῷ Θεσμοφορείῳ φαίνεται Av. 606 n, 740 m, Lys. 787 m, Th. 114 mT, Fr. 556 n. — Huc referri potest Eccl. 1120 ἐν τῇ κεφαλῇ γὰρ ἐμμένει πολὺν χρόνον (sc. odor) [1]).

7. De vasis et omnibus aliis instrumentis, in quibus quid inest, gestatur, servatur cett.: Nub. 56 ἔλαιον ἡμῖν οὐκ ἔνεστ' ἐν τῷ λύχνῳ, 676 ἀλλ' ἐν θυείᾳ στρογγύλῃ 'νεμάττετο, Ran. 139 ἐν πλοιαρίῳ τυννουτωί σ' ἀνὴρ γέρων ναύτης διάξει, Ach. 550, 1175 t, Eq. 557 m, 1315 n, Nub. 788, Vesp. 511 n, Pac. 231, 841, Av. 1107 n, 1589, Lys. 1184, Th. 505, Ran. 1190, Eccl. 309 m, Plut. 277 n, 719, 763, Fr. 95 n, 305, 326, 423 n, 507, 733 m.

Sic etiam de iis, quae quis in manu, ore cett. habet: Eccl. 50 ἔχουσαν ἐν τῇ δεξιᾷ τὴν λαμπάδα cf. Nub. 734; Av. 1152 ἔχουσαι — τὸν πηλὸν ἐν τοῖς στόμασιν αἱ χελιδόνες cf. Ach. 198, Fr. 111, 144; Av. 475 n ἐν τῇ κεφαλῇ κατορύξαι. — Ran. 340 m λαμπάδας ἐν χερσὶ τινάσσων, ubi ἐν cum casu suo vice dativi instrumentalis fungitur, vide Lys. 807 m sub 9). — Huc denique referri possunt Eq. 775 n χρήματα πλεῖστ' ἀπέδειξα/ ἐν τῷ κοινῷ, Eccl. 661 n ἐν τῷ κοινῷ πάντων ὄντων [2]).

---

[1]) Fr. 114 n καὶ διαστίλβονθ' ὁρῶμεν/ ὥσπερ ἐν καινῷ λυχνούχῳ/ πάντα τῆς ἐξωμίδος. Locus corruptus. Blayd. fr. 13 ὥσπερεὶ καινοῦ λυχνούχου.

[2]) πίνειν ἐν κεφαλίναις ποτηρίαις et similes locutiones apud Aristophanem non inveniuntur. Secundum Blaydesium Lys. 913 λουσαμένη τῇ Κλεψύδρᾳ

8. De locis in corpore: Eq. 907 n τὰν τοῖσιν ἀντικνημίοις ἑλκύδρια περιαλείφειν, Plut. 1051 ἐν τῷ προσώπῳ τῶν ῥυτίδων ὅσας ἔχει, Vesp. 447 n ἀλλὰ τούτοις γ' οὐκ ἔνι / οὐδ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν αἰδώς, 1494 nL, Th. 154.

9. De armis, vestibus sim. quibus quis indutus est: Nub. 10 ἐν πέντε σισύραις ἐγκεκορδυλημένος, 987 n ἐν ἱματίοισι — ἐντετυλίχθαι, Eq. 321 n ἔνεον ἐν ταῖς ἐμβάσιν, Vesp. 582 n ἐν φορβειᾷ τοῖσι δικασταῖς ἔξοδον ἤυλησ' ἀπιοῦσιν, Lys. 633 n ἀγοράσω τ' ἐν τοῖς ὅπλοις, Ach. 418, 1134, 1135, Lys. 150, 470 n, 1140, Th. 941, Ran. 1532 nT, Eccl. 47, Plut. 845. — **Lys. 807 m** Τίμων ἦν τις ἀΐδρυτος ἀβάτοισιν ἐν / σκώλοισι τὰ πρόσωπα περιειργμένος, ubi ἐν c. dat. usurpatur pro solo dativo instrumenti, quod imaginem rei magis sub aspectum fert (cf. σύν I: 3). — Eodem modo de rebus dicitur Ach. 343 n ἀλλ' ὅπως μὴ 'ν τοῖς τρίβωσιν ἐγκάθηνταί που λίθοι, Lys. 632 nL καὶ φορήσω τὸ ξίφος ἐν μύρτου / κλαδί.

Sic etiam de vinculis, in quibus quis tenetur: Eq. 394 n ἐν ξύλῳ δῆσας, 1049 δῆσαί σ' ἐκέλευ' ἐν πεντεσυρίγγῳ ξύλῳ (vid. Dind.), Vesp. 435 n, εἰ δὲ μή, 'ν πέδαις παχείαις οὐδὲν ἀριστήσετε, Th. 1165 οὖν τῇ σανίδι sc. δεδεμένος (cf. πρός c. dat. p. 135: Th. 940 πρὸς τῇ σανίδι δεῖν), Eq. 705, 1047, Av. 1083 n, Th. 931, 1032 m, Ran. 618 [1]).

10. «inter», «in»: volgo de hominibus, inter quos versatur aliquis: Ach. 257 κἀν τῷ ὄχλῳ φυλάττεσθαι σφόδρα, 600 ὁρῶν πολιοὺς μὲν ἄνδρας ἐν ταῖς τάξεσιν, Nub. 841

---

ante τῇ excidit 'ν, vide ibid.: „λουσαμένη 'ν τῇ Dobr. conj. Mein. Verissima correctio quam et ipse feceram cf. Plut. 658 ἀνὴρ γέρων ψυχρᾷ 'ν θαλάττῃ λούμενος". De simili emendatione vide sub 9).

[1]) Eq. 367 n οἷόν σε δήσω 'ν τῷ ξύλῳ, Nub. 592 n εἶτα φιμώσητε τούτου 'ν τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα. Quibus locis praepositio recte additur, vide Kock. ad Nub. 592, et 7 not.

ὅσαπερ ἔστ' ἐν ἀνθρώποις σοφά, Th. 90 ἐκκλησιάσοντ' ἐν ταῖς γυναιξί. — ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ Eq. 76, Pac. 667, Lys. 390, Eccl. 135, 188, Plut. 330.

Eadem vis sed magis translata cernitur iis locis, ubi ἐν cum casu suo pendet ex verbis καλεῖσθαι, νομίζεσθαι: Nub. 1039 n ἥττων — λόγος — ἐκλήθην / ἐν τοῖσι φροντισταῖσιν, 572 m μέγας ἐν θεοῖς ἐν θνητοῖσί τε δαίμων sc. νομισθείς, vel ubi gradus indicatur, quem quis inter alios tenet: Nub. 1366 n ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς, Fr. 324 T βράδιστος τῶν ἐν ἀνθρώποις δραμεῖν, quo loco duae structurae confusae sunt, expectamus enim aut βράδιστος τῶν ἀνθρώπων aut βράδιστος ἐν ἀνθρώποις.

Aeque ac de hominibus usurpatur de rebus, quibus quis vel quid circumdatus est: Ach. 1026 ὥπερ μ' ἐτρεφέτην / ἐν πᾶσι βολίτοις, Th. 456 ἅτ' ἐν ἀγρίοισι τοῖς λαχάνοις αὐτὸς τραφείς, et sensu translato Vesp. 709 n ἂν — ἔζων ἐν πᾶσι λαγῴοις, Ran. 908 n ἐν τοῖσιν ὑστάτοις φράσω.

Ad 10) pertinent praeterea hi loci: Eq. 567 n, Nub. 413 n, 460 m, Vesp. 758 n, 1023 n, Pac. 496 m [1]), Lys. 554 n, Th. 185, 589, 993 m, Ran. [2]) 420 m, 724 n, 729 n, 760, Eccl. 846, Plut. 161, 971, 1061 [3]).

11. Ubi ἐν c. dat. pendet ex verbis dicendi et similibus significatio transit in «apud», «coram» (cf. πρός c. acc. II: 3*a*): Ach. 497 T ἐν Ἀθηναίοις λέγειν cf. 630 n, 646 n; ἐν βουλῇ Eq. 722; ἐν τῷ δήμῳ Nub. 432 n, Vesp. 594 n;

---

[1]) Av. 1343 ἐρῶ δ' ἐγώ τοι τῶν ἐν ὄρνισιν νόμων vid. Dind. „Seclusi „supplementum inutile ex v. 1345 confictum cett."

[2]) Ran. 245 m ab Hermanno ante πολυκολύμβοισι μέλεσιν additur ἐν, vide tamen Kock. ad h. l.

[3]) Fr. 265 ἐν κωμήτισι (κωμήτισιν?) / καπήλοις (τ' addidit Salmasius) ἐπίχαρτον. Bergkius: κωμήτισιν καπήλισίν τ' ἐπίχαρτον ἦν. Lectio incerta, vid. Blayd. fr. 267.

ἐν τηκκλησίᾳ Eq. 1340, Pac. 931, Eccl. 191, 249, cf. porro Nub. 892 n, Vesp. 1185, Th. 471, 526 m, Fr. 204 [1]).

Eadem ratione dicitur Ach. 513 φίλοι γὰρ οἱ παρόντες ἐν λόγῳ cf. Av. 30; Lys. 1227 ἐν οἴνῳ, ut Latini «in vino», nos «bij den wijn», et sic sensu translato Eccl. 987 sq. κατὰ τὸν ἐν πεττοῖς νόμον (bis).

12. A 10) non multum differunt loci, ubi ἐν coniungitur cum vocabulis μάχη, πόλεμος sim., quibus notio multitudinis affixa est: Eq. 529 n ἐν ξυμποσίῳ cf. Vesp. 1260 [2]); Eq. 571 n ἐν μάχῃ τινί cf. [3]) Eq. 587 m, Vesp. 1078 n, Pac. 445, 1190 n. Cum νικᾶν ἐν μάχῃ comparari potest locutio qualis extat Plut. 488 n ᾧ νικήσετε τηνδὶ/ ἐν τοῖσι λόγοις ἀντιλέγοντες cf. Eq. 459 n; Th. 112 mT ἐν εὐμούσοισι τιμαῖς/ γέρας ἱρὸν προφέρων «qui musicis in certaminibus «sacrorum praemiorum honoribus excellis». — Dativum diei festi regit Th. 835 n προεδρίαν αὐτῇ δίδοσθαι Στηνίοισι καὶ Σκίροις/ ἔν τε ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς αἷσιν ἡμεῖς ἤγομεν cf. Ran. 368 n κωμῳδηθεὶς ἐν ταῖς πατρίοις τελεταῖς ταῖς τοῦ Διονύσου «in patriis Bacchi sacris», Av. 1735 m ἐν τοιῷδ' ὑμεναίῳ. Dind. ἐν eiecit, sed retinendum est, vide Kock. ad h. l.

Subinde ἐν cum casu suo ex adiectivis pendet: Eccl. 679 n τοὺς ἀνδρείους ἐν τῷ πολέμῳ, Nub. 649 κομψὸν ἐν ξυνουσίᾳ, Vesp. 1060/1 m L, Eccl. 519 n.

Denique ad 12) referendi sunt hi loci: Eq. 388 m, 459 n,

---

[1]) Fr. 260 ἐγὼ γάρ, εἴ τι σ' ἠδίκηκ' ἐθέλω δίκην/ δοῦναι πρόθικον ἐν τῶν φίλων τῶν σῶν ἑνί. Locus corruptus, vide Blayd. fr. 275.

[2]) Pac. 770 n κἀπὶ τραπέζῃ καὶ ξυμποσίοις Mein. κἀν cf. ἐπί c. dat I: 2.

[3]) Ach. 651 n καὶ τῷ πολέμῳ πολὺ νικήσειν. Blayd. κἀν. — Volgata non satis defendi posse videtur loco Eq. 567 οἵ τινες πεζαῖς μάχαισιν ἔν τε ναυφάρκτῳ στρατῷ/ πανταχοῦ νικῶντες et comparatione Plut. vs. 488 n ᾧ νικήσετε τηνδί/ ἐν τοῖσι λόγοις cum Ach. vs. 626 n ἀνὴρ νικᾷ τοῖσι λόγοισιν.

Nub. 304 m, Vesp. 421 m, 682 n, Th. 828 n, 873 t, Plut. 184, 488 n.

13. Ἐν κύκλῳ non de iis dicitur, quae circulo inclusa sunt, sed de motu, qui progressu suo, vel rebus, quae ordine suo, orbem efficiunt: Vesp. 924 περιπλεύσας τὴν θυείαν ἐν κύκλῳ, Plut. 708 ἐν κύκλῳ περιῄει, Lys. 267 n ἐν κύκλῳ θέντες τὰ πρέμνα ταυτί, Ach. 998 m, Eq. 170, Vesp. 132, 432 n, 924, Av. 118.

14. Restat ut breviter agamus de coniunctione praepositionis ἐν cum notionibus movendi. Ubi eiusmodi verbis additur:

a. motus iam in quietem transiit, ut in praeteritis: Nub. 987 ἐν ἱματίοισι — ἐντετυλίχθαι, Vesp. 651 ἰάσασθαι νόσον ἀρχαίαν ἐν τῇ πόλει ἐντετοκυῖαν (mirus verbi activi usus: ἐγγεγονυῖαν v. Herw.) «civitati ingenitam», 662, Ran. 543 m, Eccl. 2 T.

b. notio quietis mente supplenda est, ut Eccl. 39 ἥλαυνέ μ' ἐν τοῖς στρώμασιν scil. κείμενος, Vesp. 492, Lys. 557 (bis), Ran. 1190.

c. notio quietis nondum adest, attamen iam animo obversatur, ut apud γράφειν sim.: Ach. 144 ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφ' (cf. 1: 4); δεῖν sim., Eq. 394 ἐν ξύλῳ δήσας (cf. 1: 9); sed imprimis apud verba ponendi, ut ἱστάναι, τιθέναι cf. Krüger. § 68: 12: 2 «nur bei τιθέναι und ähnlichen Verben «findet sich neben εἰς auch ἐν, in sofern die Ruhe, als «Ergebnisz zu bezeichnen ist»: Ach. 728 ἵνα στήσω φανερὰν ἐν τἀγορᾷ (sc. τὴν στήλην), Eq. 1369 ὁπλίτης ἐντεθεὶς ἐν καταλόγῳ, Vesp. 1213 ὀγρὸν χύτλασον σεαυτὸν ἐν τοῖς στρώμασιν, Eccl. 154 ἐν τοῖς καπηλείοισι λάκκους ἐμποιεῖν, Ach. 279 m, Eq. 267, 771, Th. 15 T, Fr. 366.

II. Praeterquam iis locis, quos supra sub I passim tractavimus, ἐν sensum aliqua ex parte vel prorsus translatum praebet, ubi usurpatur:

1. de locis in scriptis, tragoedia, comoedia sim.: Eq. 122 ἐν τοῖς λογίοις ἔνεστιν ἑτέραν ἔγχεον; Pac. 735 n αὐτὸν ἐπῆνει — ἐν τοῖς ἀναπαίστοις, Av. 101 Σοφοκλέης λυμαίνεται/ ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐμὲ τὸν Τηρέα, 512 n ὁπότ' ἐξέλθοι Πρίαμός τις ἔχων ὄρνιν ἐν τοῖσι τραγῳδοῖς (vide Kock.), Eq. 194, 797 n, Pac. 129, Av. 651, 905 m L [1]), Th. 450, Ran. [2]) 834, 935 n.

2. De qualitate vel vi, quae in aliquo vel aliqua re inest: Nub. 486 ἔνεστι δῆτά σοι λέγειν ἐν τῇ φύσει, 1071 n σκέψαι γάρ — ἐν τῷ σωφρονεῖν ἅπαντα/ ἄνεστιν, Eq. 1052 e μεμνημένος ἐν φρεσίν, Plut. 348 ἔνι κίνδυνος ἐν τῷ πράγματι, Eq. 1133 m, Nub. 415 n, Av. 162, Eccl. 895 m, 896 m, Fr 344.

3. Cum 2) cohaeret is usus, quo significatur persona vel res, cuius in potestate quid est, in qua quid positum est: Ach. 474 ἐπελαθόμην/ ἐν ᾧπέρ ἐστι πάντα μοι τὰ πράγματα, Av. 1677 ἐν τῷ Τριβαλλῷ πᾶν τὸ πρᾶγμα, Lys. 30 ὅλης τῆς Ἑλλάδος ἐν ταῖς γυναιξίν ἐστιν ἡ σωτηρία, 31, 32.

4. De statu, in quo quis vel quid versatur: Pac. 439 ἐν εἰρήνῃ διάξειν τὸν βίον, 642 n ἡ πόλις γὰρ ὠχριῶσα κἀν φόβῳ καθημένη, Lys. 959 n [3]).

5. De eo, cuius ope vel auxilio quid demonstratur: Plut. 647 ἐν τοῖς λεγομένοις εἶσει τάχα, ut apud Xenophontem invenimus δηλοῦν, δῆλον εἶναι, σημαίνειν ἔν τινι

---

[1]) Lys. 188 T *εἰς ἀσπίδ' ὥσπερ φασὶν Αἰσχύλος ποτὲ/ μηλοσφαγούσας.* Alii codices praebent *φασ' ἐν Αἰσχύλῳ.* Lectio incerta, vide Blayd. Cum Herw. Stud. Crit. in poet. scen. Graecorum (edid. Academia Regia disciplinarum Nederland., Amstelod. 1872) p. 67 legendum esse videtur *ὥσπερ ἔφρασεν Αἰσχύλος ποτέ*, quam emendationem ignoravit Blaydesius.

[2]) Ran. 15 *σκεύη φέρουσ' ἑκάστοτ' ἐν κωμῳδίᾳ*, eiecit Dind. vide ibid.

[3]) Ran. 1449 *εἰ νῦν γε δυστυχοῦμεν ἐν τούτοισι* cett. vid. Dind. „Versus non veteris sed recentioris interpolatoris."

cf. Kühner, II p. 404. Quo tamen nihil aliud significari videtur, quam orationem sequentem argumenta in se continere, ita ut hic locus fortasse ad II: 1 vel 2 referri possit: habet nihilominus peculiare aliquid.

6. De ratione, quae intercedit inter personam et res, quibus operam dat, in quibus versatur cf. I: 12 s. f.: Vesp. 1504 ἐν τῷ ῥυθμῷ γὰρ οὐδέν ἐστ', Ran. 1122 ἀσαφὴς γὰρ ἦν ἐν τῇ φράσει τῶν πραγμάτων, Fr. 558 n. — Sic etiam de ratione, quam res habent inter se: Pac. 387 n τοῦτο μὴ φαῦλον νόμιζ' ἐν τουτωὶ τῷ πράγματι.

7. Vim adverbialem asciscunt formulae haece: ἐν δίκᾳ Nub. 1332, 1333, Th. 830 n. In responsione additur subinde — γε: Eq. 258 n, Nub. 1379 n, Vesp. 508 n; — μὲν οὖν: Pac. 628 n [1]). — Ἐν τάχει Vesp. 1438.

8. Denique huc tres locos ascribimus, qui superioribus paragraphis non inserere potuimus: Eq. 770 n κατατμηθεὶς ἐν περικομματίοις «dissectus in tenuissima minutalia». — Ran. 1204 ποιεῖς γὰρ οὕτως, ὥστ' ἐναρμόττειν ἅπαν — ἐν τοῖς ἰαμβείοισι. — Fr. 81 ἐν πίθῳ τὴν κεραμείαν, ubi Dind. laudat Scholiastam Platonis p. 322 ed. Bekker. παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς πρώτας μαθήσεις ὑπερβαινόντων, ἁπτομένων δὲ τῶν μειζόνων καὶ ἤδη τῶν τελειοτέρων, cf. porro Matthiae. Gramm. § 577 «Daher bezeichnet ἐν die Person oder «Sache, vermittelst oder an welcher, wie an einem Substrat, «eine Handlung vorgenommen wird».

III. Vim temporalem exhibent: ἐν ὥρᾳ Nub. 1117 n, Vesp. 242 n, 689 n, Pac. 122 n, Eccl. 395; ἐν τοσούτῳ Eq. 420 n; ἐν ὅσῳ «dum» Pac. 943 m, Eccl. 1152; ἐν καιρῷ Ran. 358 n. — Ran. 63 μυριάκις ἐν τῷ βίῳ, Plut.

---

[1]) Pac. 630 n Libri ἐνδίκως γε δῆτ', Mein. ἐν δίκῃ cett. Ἔνδικος enim et ἐνδίκως tragicorum sunt pro δίκαιος et δικαίως (s. ἐν δίκῃ).

1126 οἴμοι πλακοῦντος τοῦ 'ν τετράδι πεπεμμένου, Pac. 272 εὖ γ' — ποιῶν / ἀπόλωλ' ἐκεῖνος κἀν δέοντι τῇ πόλει «bene «sane factum est, quod periit ille, opportuno quidem «reipublicae tempore». Nub. 310 m, 1008 n, Lys. 256 m, Th. 177 T, Ran. 243 m, 931 n T, Plut. 50, 244.

De tempore explicandae sunt etiam locutiones haece: Vesp. 479 n οὐδὲ μέν γ' οὐδ' ἐν σελίνῳ σοὐστὶν οὐδ' ἐν πηγάνῳ, Eccl. 243 ἐν ταῖς φυγαῖς μετὰ τἀνδρὸς ὤκησ' ἐν πυκνί, Plut. 399 οὐκ ἔστι πω τὰ πράγματ' ἐν τούτῳ «res nondum in eo est»; ἐν μέρει Vesp. 1319, Av. 1228, ἐν τῷ μέρει Lys. 540 n, Ran. 32, 497.

THESES.

I.

Ar. Vesp. 771 sqq. ἢν ἐξέχῃ
εἴλῃ κατ' ὄρθρον, ἡλιάσει πρὸς ἥλιον·
ἐὰν δὲ νίφῃ, πρὸς τὸ πῦρ καθήμενος
ὄοντος (V. ὄοντας) εἴσει·

Lege: φεύγοντα σείσεις·

II.

Aesch. Prom. 49 ἅπαντ' ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν. Locus sanus. Verte: «omnia effici videmus, praeterquam a diis id, ut regnent».

III.

Aesch. Prom. 901 sqq. ratio anstistrophica sic restituatur:

str. ἐμοὶ δ' ὅτι μὲν ὁμαλὸς ὁ γάμος
ἄφοβος οὔ τι πω, δέδια, μὴ δ' ἔρως
θεῶν ἀφύκτῳ κρεισσόνων
ὄμματι προσδράκοι με.

ant. ἀπόλεμος ὅδε γ' ὁ πόλεμος ἄπορα
πόριμος, οὐδ' ἔχω τίς ἂν ὡς (τᾷ?) γενοί-
μαν Διὸς γὰρ οὐχ ὁρῶ
μῆτιν ὅπᾳ φύγοιμ' ἄν.

IV.

Aesch. Sept. 705.

νῦν ὅτε σοι παρέστακεν· ἐπεὶ δαίμων
λήματος ἐν τροπαίᾳ χρονίᾳ μεταλλακτὸς cett.

Lege: ἔπειτα δ' αὖ.

V.

Aesch. Suppl. 72 sqq. γοεδνὰ δ' ἀνθεμίζομαι/
δειμαίνουσα φίλους, τᾶσ/ δε φυγᾶς
Ἀερίας ἀπὸ γᾶς/ εἴ τις ἐστὶ κηδεμών.

Lege: γοεδνὰ δ' ἀνθεμίζεται/ δείμασι νοῦς ἀφίλοις cett.

VI.

Aesch. Suppl. 392 sqq.

μή τι ποτ' οὖν γενοί/ μαν ὑποχείριος/ κράτεσιν ἀρσένων·
ὕπαστρον δέ τοι/ μᾶχαρ ὁρίζομαι/ γάμου δύσφρονος.
φυγαί. ξύμμαχον/ δ' ἑλόμενος δίκαν/ κρῖνε σέβας τὸ πρὸς
θεῶν.

Volgo editur φυγάν pro φυγαί, at postrema pars huius strophae sic constituenda est:

γάμου δύσφρονος.
φυγᾷ ξύμμαχον/ δ' ἑλόμενος δίκαν/ κρῖνε cett.

VII.

Aesch. Suppl. 784 sq.

ἄφυκτον δ' οὐκέτ' ἂν πέλοι κέαρ
κελαινόχρως δὲ πάλλεταί μου καρδία.

Lege: τὸ φυκτὸν οὐκέτ' ἂν πέλοιτο γάρ cett.

VIII.

Scutum Herculis ab Hesiodo abrogandum est.

IX.

In comitiis Atheniensibus non maior pars VI suffragia ferentium requirebatur, sed totum eorum numerum tantum esse sufficiebat.

X.

Ἰσοτελεῖς Athenis non admittebantur ad comitia.

XI.

Lucr. 4: 1011 sq.

porro hominum mentes, magnis quae montibus edunt
magna, itidem saepe in somnis faciuntque geruntque,
reges expugnant, cett.

Lege:

porro hominum gentes, magnis quae (n. plur.) mentibus edunt
magna, itidem cett.

XII.

Val. Flacc. 2: 515.

qualis ubi a gelidi Boreas convallibus Hebri

tollitur et volucres Rhipaea per ardua nubes
praecipitat piceo necdum tenet omnia caelo.

Lege «piceum donec» pro «piceo necdum»
et «caelum» pro «caelo».

XIII.

Val. Flacc. 6 : 129.
hic et odorato spirantes crine Mycael
Cissaeaeque manus.
Lege: Mylaeae.

XIV.

Val. Flacc. 6 : 522.
proterit inpulsu gravis agmina corporaque atris
sternit equis gemitusque premit spirantis acervi.
Lege: artis.

XV.

Val. Flacc. 7 : 456.
dixerat. extemplo (neque enim matura ruebant sidera . . . .)

Lege: neque enim immatura ruebant cett.

XVI.

Papin. Stat. Silv. 5 : 5 : 40 sqq.
Ille ego lugentum mitis solator, acerbis
Auditus tumulis et descendentibus umbris,
Deficio medicasque manus fomentaque quaero
Vulneribus sed summa meis.

Lege: summissa.

XVII.

Caecilius Statius captivus Romam venit illo bello Gallico, quod annis 225—222, non illo, quod annis 200—194 a Romanis in Italia septentrionali gestum est.

XVIII.

Patricii non ante annum 449 in comitiis tributis suffragia tulerunt.

XIX.

Hannibal bello Punico secundo iter terrestre marino praeferens considerate egit.

XX.

Hannibal ob prudentiam laudandus est, quia post pugnam Cannensem exercitum non duxit contra Romam.

XXI.

Iniuria Thucydides (1 : 21) Herodotum in logographorum numero ducit.

XXII.

Recte Kreling, Dissert. Thes. XXVIII: «Diodorum ex «Herodoto ipso hausisse probabile non est».

INDEX.

Blz.

I—IX

I. Prolegomena 1

§ 1. De gradibus frequentiae praepositionum et casuum. 3

§ 2. De collocatione praepositionum 8

1. Particulae et aliae voces, quibus praepositio a casu suo separatur 8

2. Tmesis. 11

3. Collocatio praepositionis inter substantivum et attributum 13

4. Anastrophe. 15

§ 3. De praepositione semel posita vel iterata . . . 16

1. Ante appositionem 16

2. Ante membra comparationis. 16

3. Post particulas copulativas cett. 17

4. In quaestionibus et responsionibus ellipticis 19

§ 4. Alia praemonenda. 21

1. Πρός adverbium 21

2. Copulatio praepositionum cum adverbiis et infinitivis . 21

3. Coniunctio praepositionum cum formis encliticis pronominum personalium. 22

4. Ἔνι = ἔνεστι cett. 23

5. Aphaeresis 23

6. Crasis 25

7. Apocope. 25

8. Ἐς (εἰς), ξύν (σύν), ἐνί, ὑπαί. 26

Blz.

II. De significatione praepositionum 29

§ 5. De praepositionibus quarti sive infimi gradus frequentiae 31

1. ἀμφί. 31

2. ἀνά 32

3. σύν (ξύν) 33

4. ὑπέρ. 34

5. ὡς 36

6. ἀντί. 38

7. πρό 40

§ 6. De praepositionibus tertii gradus frequentiae. 42

1. μετά 42

2. ἀπό 48

3. διά 53

4. κατά . . . . . , 58

5, ὑπό . . . . . , ... 57

6. περί. 72

7. παρά 81

§ 7. De praepositionibus secundi gradus frequentiae 90

1. ἐκ 90

2. πρός. 98

3. ἐπί 110

§ 8. De praepositionibus primi sive summi gradus frequentiae. 126

1. ἐς (εἰς). 126

2. ἐν 139

Theses 151

Boekbinderij
Drukkerij
WESTA
Groningen